¶ Jam posuit cañ. in curatione febris putride quantum ad intentionem, que est infrigidatio, que est intentio ad dispositionem. hic ponit cañ. quibus intendit ad materiaȝ: lȝ ēt concurrat in eis quandoqȝ intentio ad dispositionem. Et pmo ponit cañ. qbus intendit ad materiam cum pluribus: quorū si medicus operetur in pncipio: facit cōmunem minorationem que dicit exiccatio, ⁊ operatio cum illis cañ. est magis in pncipio febrium. 2° redit ad complemētū cañ. in infrigidatione. 3° ponit cañ. quibus intēdit ad materiaȝ magis in processu: lȝ ex consequentia preponat etiam cañ. quibus in principio. ibi scḋa. (Et nō prohibeas ei aquam frigidam) ibi 3ª. (Et cuȝ administraueris cañ. predictos.) Prima in duas pmo ostendit quid expedit volenti curare febrem. secūdo prosequitur cum cañ. qbus intendit ad materiam euacuando ⁊ digerendo. ibi scḋa. (Q, si ignoraueris.) ¶ Cōsiderandum ꝙ lȝ nulla cura possit fieri propria febre ignorata: maxime tñ intelligit de cura, que est per abscisionem cause, que est vera cura febriū putridarū. ⁊ ideo hic cañ. cadit hic. Ignorantia autem de febre: de qua hic

loquitur:non est ignorantia de ea: ꝙ sit febris nec ꝙ sit febris putrida:qa iā ꝓsupponit te eam cognoscere gn̄aliter. Sed est ignorantia de mō cāe:an sit de summa colericarū vel flegmaticarū ⁊c̄.nō enī de hoc est scia habita nisi ꝯfusa. ⁊ sic ponit iste cañ.16.ꝯtinētis. ℭ Cū aūt medicus cognoscit:ꝙ febris est putrida vel humoralis:sed nescit distincte a qua cā sit:nō pōt recte curare scʒ ꝓpria cura illi febri: qa cura erit ꝓprie per res:que respiciūt illā mām.⁊ ideo bene precipit Gal'.primo de febribus ad Glauconē.⁊ primo regiminis acuto.prius esse intendendum ad cognoscendum egritudinem:que fit in causa.⁊ postea ad medicandum.

ℭ Quod si ignoraueris tunc subtilia regimen.

ℭ Hic ꝓsequitur cañ.quibus intendit ad mām febris ⁊ primo ponit cañ.q̄bus intendit ad mām intentiōe magis generali:⁊ indeterminata.scd̄o ponit cañ.q̄bus intēdit ad illā determinate magis.ibi 2ª.(Et dōs.) Primi cañ.sunt tres. ꝑmus ē ꝯtinuus ei q̄ ꝑcessit:⁊ vult ꝙ nō ꝓcedas cū digestiuis ⁊ euacuatiuis:⁊ in summa cū rebus: que determinate respiciūt cāʒ fe.qa nō est tibi hoc possibile:nisi cognoueris cā:⁊ qa aliquis diceret quid faceres interim.respondet:ꝙ subtiliat regimen. ℭ Causam huius q̄dā dicunt esse:qa cū incognita fuerit egritudo:preceptū est ꝙ relinquaᷓ nae:qꝛ aut eam curabit:aut eā tibi manifestabit:vt ꝑmo lib.fen.4 sed nāe dimittitur:quādo nā potest vacare egritudini.⁊ nō impediᷓ a cibo. ℭ Aliter dicunt quidam:⁊ ego etiam hoc alias dixi: ꝙ in hac febre incognita sumitur indicatio ſm ꝙ est morbus:qui non indicat cibationem:vt infra.⁊ ꝑmo re.acu. ℭ Nos autē dicamus aliter ⁊ maturius:ꝙ febres ignorate in sua causa sunt:que non habent accidētia vehementia:nec in tactu:nec i exeuntibus:nec i pulsu:sed remissa de quorum accidentiū remissione sumus in ambiguo: an sit ꝓpter paucitatem:⁊ benignitatem materie:que incipit putrefieri.⁊ cuʒ hoc ambigimus:an plus lateat de materia:de qua suspicamur.verbi gratia.qa fuit mali regiminis:⁊ in tali fe.cōpetit subtiliare regimē:an sit ꝓpter grossitiē materie:qua febris ista erit de ꝓlixis:⁊ etiā in ꝑncipio cōuenit subtiliare stante ambiguitate.Cum enim transierit dies.si verum est:ꝙ mā sit grossa.⁊ febris ꝓlixa poterit reingrossare regimen:sicut apparebit capitulo de febre phlegmatica. ℭ Sed dubitaᷓ ꝙ est illud subtile regimen. incipiam ne cum ptisana:vel farre: vel pulla parua. Item quot diebus sto in illo regimine. ℭ Dicendū ꝙ in hoc certus nō potest dari cañ.sed relinquitur tue extimationi.precipit autē Rasis.16.cōtinentis secundo cap.ꝙ stetur quattuor diebus. ℭ Considerandum etiam:ꝙ iste cañ.est quo intendit medicus ad materiam per cibi minorationē:quia cognoscit mām ⁊ non cognoscit quā:ideo nō intendit ad illā cum determinata re.Sed cum eo:quo prohibeᷓ mā augeri:⁊ est subtiliatio regiminis:⁊ nihil aliud facias: qd̄ sit appropriatū:sed cognita febre: licet subtilies regimen:tamē cum hoc alia facis.dico autem ꝙ sit appropriatum:qa cum subtiliatione regiminis potes vti aliquibus clisterijs. si expedit:⁊ similibus leuibus:⁊ cōmunibus remedijs.

ℭ Et prouide ne occurrat paroxismo nisi ventrem habeat vacuum.

ℭ Hic est cañ.secundus: in quo vult ꝙ paroxismus occurrat ventri vacuo idest stomacho vacuo a cibo:⁊ de hoc dicetur in sequenti capitulo:vel vacuis intestinis a fecibus:⁊ hoc ne calor febrilis eleuet malos vapores ab eis:⁊ addat in materia:⁊ in corruptione eius.

ℭ Et nō moueas in die paroxismi aliquid quātum possibile est tibi:neqʒ cures febrem.

ℭ Hic est tertius cañ.qui est ad materiam dans tempus:in quo non debes eam euacuare:⁊ est cum hoc ad febrem cū dicit.Et non cures febrem. ℭ Questio. XL.

Dubitatur vtrum in die paroxismi possumus mouere materiaʒ idest euacuare. ℭ Videtur ꝙ sic.aliqua febris est:⁊ in ea potest esse necessitas phlebothomie:vel farmacie ⁊ clysteriorū: ergo in die paroxismi fiet talis euacuatio. ℭ Amplius.Si paroxismus debet occurrere ventri vacuo a fecibus: igitur in die paroxismi oportet euacuare cuʒ clysteri. ℭ Rursus.In quartana precipitur vomitus in hora paroxismi vt infra. ℭ Amplius. Cum materia magis est mobilis melius fit euacuatio:sed in paroxismo mā est magis mobilis. ℭ Amplius.Maurus in cōmento secundi affor.prime particule precipit hora motus humorum dari euacuatiuum. ℭ Amplius.Natura facit creticam euacuationeʒ in hora paroxismi:vt tertio de crisi.ergo ars. ℭ Amplius.Multi medici inchoante principio paroxismi quartane dederunt solutiuum:⁊ liberati sunt infirmi. ℭ In contrarium est Auicē.hic ⁊ infra. ℭ Considerandum ꝑmo: ꝙ per diem paroxismi intelligimus tempus paroxismi ⁊ non diem.s.in qua inuadit:quāuis occupet partem eius:posset enim paroxismus incipere in sero ante occasum:⁊ tamē cōueniens tempus posset esse ad euacuandū in mane. ℭ Dicendum igiᷓ vt cōmuniter dicitur:ꝙ cura regularis:que est minus nocere vel non nocere:non debemus euacuare in hora paroxismi.De phlebotomia est cañ.ꝑmo lib.fen.4ª.De pharmacia apparet primo:ꝙ nō debemus simul ꝯiungere duos fortes motus cōtra virtutē:quales sunt motus paroxismalis:⁊ motus euacuatiuus per pharmacū. Secundo:qꝛ cuʒ pharmacia vel euacuares cām ꝯiunctā:⁊ hanc nō:qꝛ ipsa est in via expansionis ⁊ euaporationis ⁊ motus eius est cōtrarius motui: quē debet facere pharmacū:vel euacuares cām antecedētē:⁊ hanc nō debes euacuare in hora paroxismi: qui facit nimis magnā cōmotionē in corpore.cū corpus cōmoueaᷓ nimis a paroxismo:melius est ergo expectare quietiorem horā.Etiā ipsa inquantum causa antecedens nō necessitat: nec festinat euacuationem.⁊ hec est rō Thadei ⁊ bona eo acta tamē operatiōe:que est nociua manifeste. Sʒ pro minori nocumēto in hora ꝑoxismi euacuamꝰ.ꝑmo ꝑ phlebotomiā:si ex paroxismo facta inflāmatiōe in sanguine timeremus hoiem fieri phreneticū phlebotomamus stante paroxismo etiā si febris est cōtinua:tñ eligimus quietiorē horā si possumus.Sic etiā de pharmacia damus eam stante paroxismo ꝓpter has duas causas:aut qa subitū periculū est.si dubitatur:de subita morte vel cita:qꝛ mā furiosa:aut quia febris hēt paroxismos nō dimittētes:sed semper continuātes adinuicē. ℭ Considerandum aūt:ꝙ iste necessitates raro eueniunt.s.necessitas timoris subiti apostematis vel mortis ꝓpter furiositatē māe.⁊ ideo raro in ꝑoxismis ꝓpter illas causas phlebotomamꝰ vel purgamus:freq̄nter tamē stāte febre facimus hoc:qꝛ frequenter inueniunᷓ fe.ꝯtinue:tñ in eis eligimus horā similem hore quietis interpollatarū. ℭ Considerādum scd̄o:ꝙ Rasis.16.ꝯtinētis vltimo caplo imaginaᷓ ꝙ euātio:que non debet fieri in hora paroxismi:est euātio per fluxum ventris.sed euacuatio per vomitum debet fieri vel pōt fieri:⁊ assignat cām in his verbis.Vtendū est euacuatione in temporibus paroxismorum per superius:⁊ in tēporibus quietis per inferius:qm̄ in tēporibus paroxismi humores sunt conturbati declinātes ad superius:⁊ in maiori parte fit vomitꝰ:⁊ fluxus sanguinis ex naribus euacuatiōe idest declinatione facta per superius:cum tūc leuis fit declinatio humorū ad illā partem scilʒ narium vel stomachi superius:verum in tempore quietis:eo ꝙ natura quiescit valdererit euacuatio per vrinam ⁊ egestionē.Et nos dicamus in expositiōe eius:ꝙ vomitus cum pharmaco vomitiuo nō debet fieri per ratiōes superius dictas.Sed facere vomitum cum re leui: vt cum aqua calida:vel sirupo acetoso:vel similibus est cōueniēs vt plurimum in ꝑncipijs paroxismorū.⁊ rō est quā Rasis

assignat

assignat⁊q: in principio paroxismorū mãe cõmouētur frequenter circa stõm. ⁊ leuigantur sursum a calore. De cholera non est dubium vt diximus. De flegmate est certū cuz abundanter reperiatur in stomacho⁊ ⁊ in flegmaticis febribus multum fit minera eius in stomacho. De melācholia etiā ppter cõitatē splenis ad partem superiorē stomachi in vena manifesta. etsi in principio paroxismi vel alio tempore paroxismi mā cõmouetur ad partes intestinorum. nō est dubium⁊ q: oportet nos iuuare naturā tunc per illā partez cum colirio vel leui clysteri: ⁊ cum abstergētibus vt aqua ordei. ⁊ aqua zuccharata ⁊ syrupo violato. etsi expediret transire ad pulpam cassie⁊ ⁊ hoc dicet statim Auicen. infra cum dicit. Q. si inueneris humorez declinare ad stomachū fac vomere ⁊c. q: si fuerit declinatio ad intestina ⁊c. ¶ Ex quibus dictis colligitur practicabilior ⁊ dulcior solutio q̃z predicta cõmunis. ¶ Cum enim queritur an in hora paroxismi debeā euacuare per ventrem vel vomitum. ¶ Dicēdum q: aut natura dirigit materiā versus stomachum⁊ vel versus intestina: siue mā illuc pellitur⁊ aut videt̃ apta versus illam partem declinare⁊ ⁊ tunc debemus vomituz prouocare: ventrem lenire: sicut accidit: ⁊ tales euacuationes fiunt cum rebus leuibus: vel nulla est talis inclinatio⁊ ⁊ tūc regulariter non debemus euacuare ſm q: supra diximus. ¶ Ad contraria argumenta dicendū⁊ vt apparet ex dictis. ¶ Ad illud qd̄ dicitur de quartana. ¶ Dicendum q: illud fit cum re leui. s. ille vomitus: ⁊ conceditur propter cõmotionem melācholie in partibus stomachi cõmunitate splenis vt ibidē dicet̃. Si autem quartanariuz velles euacuare cum lapide lazuli: vel epithimo vel eleboro: ⁊ sibi similibus: non euacuares in pn° paroxismi: nec in hora paroxismi. Quid ergo fecerunt aliqui medici qui dederunt in principio quartane farmacum: ⁊ liberauerunt infirmū fuerunt recti ab errore⁊ vt in cura quartana dicetur. Maurus autem lz det farmacum in hora motus humorum: non dat in hora paroxismi: que est hora motus contra naturā: ⁊ sed in hora motus naturalis faciendo de die quattuor partes: in quarum qualibet. 4ª parte mouetur vnus humorum: sicut etiā dixit Alexādrinus cõmentator epidimi⁊ lib. primo super illo capitulo. Quo feruntur autūno ⁊c. hec autē non intēdimus modo discutere. ¶ Ad rõnem que dicit⁊ q: in hora paroxismi mā est magis mobilis. ¶ Dicendum q: in illa mobilitate valde ledit virtutem: ⁊ ideo debet timere cum farmaco amplius eam ledere⁊ ⁊ etiā illa mobilitas est contra partem motus medicine: est etiam supra musculos versus cutim: q: si pars moueatur ad stomachum vel intestina. inde euacuamus eā⁊ vt diximus: ⁊ in hoc non requiritur farmacū: qd̄ euacuat ex soluēdo. ¶ Ad aliā. Natura euacuat cretice tempore paroxismi. igitur ars. ¶ Dicunt quidā: q: sequitur si nā non euacuat in tempore paroxismi qd̄ est tempus: in quo debet euacuare qd̄ medicus in tempore paroxismi potest euacuare qd̄ dicit apparere per textum infra. Et cum non mouet moue tu ⁊c. Istorum error postponatur vsq3 ibi. Nos dicamus q: consequētia illa est ffa. nam virtus euacuat hora paroxismi cretice vtendo spiritu ⁊ villis membrorum: sed ars euacuat vtendo medicinis: que nām debilitāt. Quare autem nā egit crisim hora paroxismi. etsi alia hora melius agat: est sermo extra propositū. Propositio igitur: que dicit: ars sequit̃ nām⁊ est vera. in quibus põt cõueniēter imitari. nō aūt potest ars ꝯuenienter euacuare in hora fortis motus. in qua hora nā cõueniēter euacuat. Quid aūt fit de eūone per phlebotomiā dicet̃ post. ¶ Dicit postea. Neq3 cures febrem. i. nō vtaris infrigidātibus in hora paroxismi. Hic aūt cañ. postponat̃ vsq3 infra per illud: quod ibi apparebit.

¶ Et oportet vt obserues in omnibus illis dispositionē virtutis: quod si fuerit fortis: ⁊ fuerit illud qd̄ vincit sanguis: aut cū humore: qui vincat san. tunc flobotomia est magis conueniens ⁊ proprie: quum vrina est rubea grossa nō citrina ignea: ex qua timeatur apud flobothomiam victoria cholere ⁊ acuitas eius.

¶ Hic ponuntur cañ. curationis febrium putridarum quibus intendimus ad mām intentionibus magis determinatis⁊ ⁊ magis spālibus: q: descendit ad spāles modos euacuationis ⁊ digestionis mãerum. ⁊ spāles medicinas. Intentio autē ad mām non solum est euacuatio ⁊ digestio in mã. imo intentio ad eam est prohibitio eorum que impedirent mām ab euacuatione ⁊ digestione. Prio ergo dat cañ. in euacuatione mãe includēs etiā cañ. in digestione. Scđo dat cañ. in prohibitione eorū: que prohibent materias euacuari ⁊ digeri. ibi 2ª. (Et prohibent eum a somno.) Prima hz. 5. cañ. principales ſm q: 5. sunt euacuationes: quas canonizat. s. phlebotomia euacuatio per vētrem: prouocatio vrine: prouocatio sudoris. vomitus. ¶ Considerādum circa primum cañ. q: sermo: qui dicit in omnibus illis: potest dupli͛r exponi. primo in omnibus illis. s. tribus cañ. dictis: subtilitas enim regiminis: quam precipit primus cañ. de illis debet fieri ſm virtutem: q: paroxismus occurrat stomacho vacuo vt precipit cañ. secundus etiā debet fieri ſm virtutem vt infra apparebit: q: ēt feces mundētur clysteri vel colyrio vel aliq̄ re potata debet fieri ſm virtutē: ⁊ similiter abstinere a motu in hora paroxismi ⁊ ab infrigidatione vt precipit cañ. tertius debet fieri ſm virtutem. i. virtutis indicationez in hoc: vt si non tollerat q: fiat infrigidatio abstineat̃. Scđo mõ põt fieri expositio in oībus illis. s. q̄ dicent̃ de eūone: de q̄ nūc ponet̃ cañ.

Questio. XII.

Ad intellectum cañ. dubitat̃. vtruz in oī febre putrida cõpetit flobothomia. ¶ Videtur q: sic per Gal'. xj. terapē. 5°. cap. vbi dicit optimum qdē est venā incidere non soluz in sinochis febribus: sed in oibus alijs: que ex putredine humorū sunt. ¶ Amplius. Auicē. ponit quarta fen primi cañ. cap. de flobothomia: q: flobothomia lz non sit necessaria: est tñ fienda: efficit. n. vt natura super mām fortis fiat: sed hoc est bonum in omni putrida. s. q: nā fiat fortis supra mām. ¶ In contrarium Auicen. hic q: existēte vrina citrina ignea timet flobothomiam: ⁊ in capitulo: de cura flegmatice nō facit flobothomiā: nisi quādo facit vrinā grossiorē ⁊ rubicundiorem. ¶ Auicen. soluit hic hāc questionē: dicēs: q: si febris est de mā sanguinea vt sinocha: aut est de mā alia vt cholerica: flegmatica: vel melācholica: tñ peccēt in sanguine siue sunt mixta sanguini: tunc flobothomia est cõueniēs. ⁊ hoc est qd̄ dicit. Si fuerit q: vincit sanguis quātū ad sinocham: aut cū humore. i. cū cholera: vel flegmate: vel melācholia: qui vincat id est q ē cā febris sanguinis. i. fuerit: q: illi sunt sanguini mixti: siue in sanguine peccantes. De modis autē horū mixtionū ⁊ peccati eorum cum sanguine prolixe diximus super lib. primo fen quarta. Verior autez modus mixtionis aliorum humorum cuz sanguine est appropinquare eos ad naturā sanguinis: ⁊ est modus mixtionis q magis indicat flobothomiam. Signum autē q: humor in sanguis: vel cum sanguine mixtus: est vrina rubea grossa. s. rubedine quadaz sanguinea. ⁊ grossitie debita vel media qñ peccat sanguis. rubedine autē magis remissa quando peccat flegma vel melācholia in sanguine: ⁊ tamē magis grossa: nisi prohibeat opilatio: sed rubedine magis clara ⁊ minus grossa quando cum sanguine peccat cholera: ⁊ totum hoc intellexit cum dicit. Cum vrina est rubea grossa. ¶ Si autem febris putrida fit de alijs humoribus a sanguine: cū quibus non peccet sanguis: nec sint sanguini mixti non cõpetit flobothomia: q: facit cholericos furere: ⁊ incrudat

Vrida

Vrīa phlebotomiaз significatio.

frigidos. Signum autem ꝙ cholera sit a sanguine separata: ⁊ non peccet cum illa sanguis: est vrina citrina ignea. i. subtilis in substantia cum sua tinctura. ⁊ ideo si fiat flobotomia timetur ꝙ cholera vincat: ⁊ exacuatur nimis: ⁊ tacuit Auicen. signa ex vrina que significant: ꝙ sanguis non vincit cū flegmate vel melancholia: qꝛ vides vrinas albas vel liuidas subtiles in substantia propter opilationem: aut etiā si essent grosse: non tamē tincte: ⁊ tūc flobotomia si fiat nocet: ⁊ timet̄ dominium flegmatis ⁊ melācholie ⁊ cruditas eorū: ⁊ hoc Auicen. dedit intelligere ex his: que dixerat de signis cholere. ⁊ ex sciētia p̄mi libri fen 2ª. capitulis de signis sumptis ab vrina: ⁊ fundatur hoc preceptum sup canō. 4. fen p̄mi libri. Caue ne egrum ad viā duarū rerum perducas ⁊c̄. Intelligitur iste canō. 4. de re. san. per id autē ꝙ Auic. dixit de virtute itellige ēt alia: que opꝫ in hac euacuatione attēdere: sed dixit de virtute. vt de re magis cōsiderāda in euacuatione. ¶ Considerādum autem ꝙ differt flobotomia in sinochis ⁊ in alijs: qꝛ in sinochis ē copiosior nec expedit ꝙ tardet̄ i vt apparebit post. ¶ Sed dubitat̄: pone ꝙ in vno sit febris de cholera i vel de alio humore a sanguine: qui sit a sanguine separatus. ⁊ nō peccet cum eo sanguis: ⁊ cum hoc habeat aliā febrem de eodem humore vel de alio: ⁊ cū illo peccet sanguis: an faciā flobotomiā vl̄ non. ¶ Dicendū. ꝙ hic est contraria indicatio de flōmia. ⁊ sicut contrariātibus indicationibus opꝫ ad illā intendere: in qua est timor: ita hic: remanet igit̄ tue extimatiue. Cum autem attendes: ⁊ cōsiderabis: ⁊ videbis: ꝙ alijs nō cōtradicentibus melius. i. minus malum est flōmare ⁊ plurimū de facto sic occurrens est. ⁊ extraneū est ꝙ nō fiat flōmia. ¶ Ad contraria ad Gal. dōm per expositionem optimū est in sinochis febribus. i. in sanguineis ⁊ de alijs omnibꝰ idest de materiebus alijs sanguini mixtis. ⁊ hoc apparet p id qō subdit. Alleuiata. n. mā ⁊c̄. Sed si febris putrida est de mā alia malignabili per sanguinis extractionē. tunc nō alleuiat̄ mā: ⁊ hāc expositionem intellexit Rasis. 16. continentis. Longā autē expositionem Dy. lege si placet super capitulo de flōmia. ¶ Ad Auicē. dicendū: ꝙ flobotomia dicit̄ non necessaria. p̄mo qꝛ omnino nō est necessaria: ⁊ lō non debet fieri. alio modo qꝛ non est necessaria simpliciter sicut necessitas est eius in sinochis. est tn̄ necessaria sm̄ qd: vt in febribus alijs. Et de mātebus que non sunt sanguinis mixte: in quibus flōmia non est tā pure vtilitatis. ⁊ per cōsequens nec tā pure necessitatis: sicut in sinocha vt notum est. ⁊ in istis vtilitatem facit: qꝛ aliqualiter diminuitur de mā. Et de his loquitur ibi Auicē. sicut apparet considerāti sermonem suum. ⁊ ibi nos diximus. Dy. autem prolixe ibi loquitur sermones alios ab istis.

¶ Deinde fac sequi flobotomiam solutionem ventris subtilē: proprie si fuerit illic siccitas cū eis: que sunt sicut aqua ordei ⁊ alsiracost pauco: ⁊ aqua ordei cum syrupo acetoso. Et si natura nō fuerit lenis: adde in eo: qō est sicut siracost: qō fit sicut syrupus vio. ⁊ sit vltimitas lenificatio nō fluxus vētris: ⁊ nō solutio laboriosa.

¶ Iste est canō. in euacuatione per ventrem: ⁊ est secundus. ⁊ p̄mo docet lenire cum rebus acceptis per os. secūdo per clysteria. tertio qualiter cum lenificatione est prosequendum. ibi 2ª. (Et magis dilectū apud me.) ibi 3ª. (Cū ergo.)

¶ Questio. XIII.

Dubitatur nam lenificatio ventris debet antecedere flebotomiam sm̄ canō. generalem capitulo de flobothomia. Quidam construunt textum ad hunc intellectum: fac ꝙ flōmia sequatur post solutionem. Et nos dicamus: ꝙ lenitio ventris est res: que debet precedere flōmiam ex generali canō. scripto lib. p̄mo fen. 4. capitulo de flōmia. ⁊ istum Auicē. presupponit te scire: extinde lenitio vētris debet etiam sequi in febribus. s. facta flōmia p̄mo: qꝛ flōmia trahit ad contrarium. ⁊ sic stipticat. secundo qꝛ natura dirigit post flōmiā materias aliquas corruptas versus intestina: que debent abstergi. ¶ Considerādum ꝙ licet Auicē. dicat: deinde: ⁊ in hoc innuat. ꝙ ista lenitio fiat post flōmiam: tamen ⁊ si flōmia non fiat: qꝛ nō cōueniat: opꝫ in febre omni putrida medicū intendere ad vētris mundificationem. Ratio est primo: qꝛ cōmuniter in febribus putridis feces exiccantur propter febris calorem. Secundo: qꝛ corrūpuntur ⁊ inflāmantur in illis locis materie non solum fecales: sed etiā humorales: quāuis nō sint de materia principalis febris: sunt enim intestina loca: in quibus suffocantur: ⁊ concludūtur vapores calefacti a febre: ⁊ māe ipse inflāmatet ⁊ ideo bonum est illas mundificare. Tertio: qꝛ materie: que circa meseraicas calore febris corrumpuntur: resudant versus intestina. etsi non resudarent est bonum: ꝙ dirigantur versus carne sint causa apostemationis: ⁊ inflammationis epatis i corruptionis kili euntis ad epar. Ex his ergo laudo lenitionem ventris: ⁊ ꝓprie cū clysteri: vt dicit Auicen. ⁊ placet mihi ꝙ quāuis febriens de se asellet horis: quibus in sanitate consueuit: tamē vtat̄ his lenitionibus cum clysterijs ⁊ rebus potatis. ¶ Considerandum secūdo ꝙ Auicen. precipit istam lenitionem subtilem. i. lenem. hec. n. solutio ventris dicitur esse lenitiua ⁊ mundificatiua māerum: quibus obuiat in partibus intestinorum: non autem est proprie acceptiua siue minoratiua materiei: que ē cā fe. putride: lꝫ possit sibi accidere hoc: nō tamē ꝓncipaliter ad hoc Auicē. intēdit: sed solū intēdit ad mundificandas ptes intestinorum cū aliqua re lenitiua vel leniter absterfiua: que materias intestinales ⁊ partiū primarum meseraicarum mundificent i ⁊ temperent calorem illorum partium: ⁊ prohibeant corruptionem materierū: ⁊ ꝙ talis lenificatio fieret in febre flegmatica ⁊ melācholica. lꝫ minus ꝙꝫ in febribus magis inflāmatiuis i in quibus plus accidit siccitas nāe: ⁊ ideo dixit proprie si fuerit illic siccitas: cum in quibuscunqꝫ febribus est ventris siccitas: tunc proprie lenificamus. ¶ Considerandum etiam tertio: ꝙ Dy. vult ꝙ Auicē. intelligit hic de lenificatione minoratiua. i. de euacuatione minoratiua materierum. lenitio enim secum debet precedere flōmiam: sed euacuatio minoratiua sequi debet flōmiā in febre. de qua Auicē. locutus est: ꝙ apparet vrina rubea grossa. Et nos dicamus ꝙ licet verum sitqꝫ euacuatio minoratiua potest fieri a principio: tn̄ intentio Auicen. est hic per has medicinas solum lenire. i. mundificare partes dictas intestinales i licet cum hoc ista habeant aliam vtilitatem: saltem i qꝛ temperant calorem febrilem alterando non autē intendit Auicen. proprie minorare minorationē: que est determinata materie euacuatio. s. diminutiua materie: que est causa feb. nam iste medicine nullam propriam euacuant materiam. s. aqua ordei ⁊ syrupus acetosus: nec etiam siracost paucum. i. pauca māna: lꝫ enim māna euacuet choleram: hoc est cum est multa: ⁊ non pauca: ⁊ leniter euacuat. vnde datur ante digestionē. vt Auer. 5ª. colliget capitulo de māna: omnes tamē cōmunicant in lenificationis operatione. i. subductione ventris. De hac autem queretur in fine horum canō. ¶ Considerādum quarto: ꝙ quattuor res dat ad ventrem leniendū. prima est aqua ordei. secunda siracost id est māna i pauca etiā aqua ordei: vt dissoluatur māna cum aqua ordei. 3ª est syrupus acetosus. s. cum aqua cōmuni. Non debet componi littera sicut aqua ordei: ⁊ syrupus acetosus: qꝛ infra prohibet mixtionem aque ordei: ⁊ syrupi acetosi. 4ª res est māna predicta addito sibi syrupo violato. verbi gratia māne. vncia media: syrupi violati vncia. i. vel. ij. ⁊ hoc est quando per aliquam dictarum trium non fit subductio ventris. ⁊ hoc est qō dicit: ⁊ si natura fuerit lenis. i. si non leniatur per

aliquam trium rerum predictarum: da bene quartā: qꝛ est res lenitiuior ꝙ̃ aliqua illarum: vt notum est: vel aliter: ⁊ si natura non fuerit lenis. i. si febriēs non fuerit ex natura sua stipticus: tunc non des aliquam illarum trium: qꝛ non lenificabitur ab eis: sed statim da māna cum syrupo violato. ⁊ hoc est qđ dicit in eo ꝛ qđ est sicut siracost. i. māna: adde ꝙ sit sicut syrupus violatus: ⁊ per hoc ꝙ dicit sicut siracost: intelligit etiam ei similia: vt cassiam. ⁊ per syrupum violatum intelligit de violis recentibus: vt postea declarabitur. ℂ Considerandum quinto: ꝙ dicit. Sit vltimitas lenitio. quidam exponunt ꝙ lenitio sola debet fieri: quando prepares ad flobotomiam: qua lenitione sole feces purgentur. Alij dicunt ꝙ euacuatio statim post flobotomiam debet esse sola lenitio. Alij ꝙ in principio ante digestionem solū debes vti medicina lenitiua. Et nos dicamus: ꝙ Auicen. vult: ꝙ vltimata siue finalis operatio: que intenditur p has quatuor medicinas dictas est lenificatio ventris: non fluxus ventris: qui minoret materiam: vel eradicet non solutio eradicatiua laboriosa vel minoratiua: qꝛ si tu intenderes solutionem laboriosam fortem: ⁊ fluxū de materia appropriata vtereris alijs medicinis dicēdis: ⁊ hoc est qđ dicit. Sit vltimitas. i. vltimata intentio quā intēdis per has medicinas: lenificatio non solutio laboriosa: nō fluxus: qꝛ si intenderes ad fluxū: oporteret transire ad alia. verbi gratia: scamoneam: vel agaricum: vel reubarbarū. ℂ Considerandum sexto: ꝙ licet hec lenitiua sint euacuatiua. tamē cum hoc sunt digestiua aperando materiā: vt syrupus acetosus: ⁊ preparando vias etiam.

ℂ Et magis dilectum est apud me administratio clysteriorum ꝯm vltimitatem: qua indigetur in virtute. Et de clysteribus cōmunis iuuamenti lenibus est clystere factū ex oleo violato. ⁊ succo foliorum sicle: ⁊ vitello oui: ⁊ zuccaro ru. ⁊ baurachi.

ℂ Hic docet lenire ventrem per clysteria: ⁊ ponit ex quibus fiunt ista clysteria. ℂ Considerandū: ꝙ clysteria sunt magis dilecta: qꝛ minus virtutem debilitant. ⁊ hoc est qđ dixit ꝯm vltimitatem: que indigetur in virtute. i. ꝯm vltimā intentionem: quā hꝫ ad virtutem: que est eius conseruatio; ⁊ ideo Hippocrates in hoc libro de farmacijs precepit vti clysterijs quādo volueris vel ꝯm vltimitatem qua indigeres in virtute. i. potentia. s. euacuatiua ꝯm vltimum in hoc erat lenitio non fluxus: sed ad leniēdū adhuc clysteria sunt magis dilecta: qꝛ securiora sūt. ⁊ nō dixit collíria: qꝛ illa solum excitant: ⁊ non leniunt. ℂ Considerandū secundo: ꝙ licet clysteria sint in hoc magis dilecta: tamē si indiges alio sumendo per os facias siue lenitiuo: siue etiam alio euacuatiuo vt posterius apparebit: etiam quibusdam plus nocēt clysteria ꝙ̃ si per os sumant lenitionem. ℂ Considerandū tertio ꝙ Gal. xj. terapē. clysterizat cum mellicrato: ⁊ cum oleo: Rasis vero. 16. continentis secundo capitulo clystere facit hoc. Vitelli oui vno olei ro. cocti. ℥. ij. vini cocti. ℥. iij. aqua or. quantum sufficit: melius autem videtur mihi clystere Auicen. in quo est absterſio per succum blitis: quem vocat sicla: ⁊ est blitis minor: que ē calida: ⁊ sic. Alia blitis dicitur olus lamenum ab Auicen. ⁊ est frigida. ⁊ est blitis lata. Et si vis infrigidationē: vtaris illius succo. vnde etiam Gal. in duobus capitulis loquitur de blita secundo alimentorum. In zuccharo rubeo etiam est absterſio in vitello oui: ⁊ est lenitio: in oleo violato īfrigidatio ⁊ lenitio: in baurach. i. sale ē excitatio ad exitū: ⁊ quasi absterſio. Nos autem vtimur clysteri ex decoctione malue ⁊ pulpa cassiet ⁊ oleo vio. ⁊ zucchero rub. ⁊ sale. Qō. XIIII.

Dubitatur vtrum in febribus acutis sit licitū vti clysterijs acutis. ℂ Videtur ꝙ sic: qꝛ in apostematibus epatis Gal. clystere facit cum decoctione colloquintide: ⁊ centauree vt apparet. 13. terapen. penultimo capitulo. In contrarium est Auicen. hic. ℂ Dicendum ꝙ cura regulari in principio febrium putridarum non debemus vti clysterijs acutis. ratio: qꝛ ista non cōferunt feb. immo nocent: qꝛ inflāmant. vnde libro primo fen. 4. dixit Auicen. de eis: que perducunt ad febrem. Nec ratione materie: qꝛ in principio sunt crude: non sunt euacuāde regulariter: vt dicemus. vnde etiā in vsu clysteriorum acutorum Auicen. voluit: ꝙ māe essent digeste vt apparet tertio cañ. fen. 16. capitulo primo in cura cholerice. Digestis autē materiebus possumus vti clysterijs acutis: sicut ⁊ medicinis alijs euacuantibus exsoluendo: ⁊ propie cum materie sint digeste in partibus aptis ad intestina inferiora declinare: sicut alique materie in cōcauo epatis: ⁊ proprie cū sint difficilis motus ⁊ sic facit acutum clystere Gal. 13. terapē. quū aliquid durum apostematis epatis remāserat. Cura tamē coacta ex aliquo accidentali fe. putride possemus vti clysteriis acutis siue in principio: siue in processu: cū illud accidens nostram intentionem ad se conuerteret. verbi gratia. Si esset multa fecum siccitas in intestinis: ⁊ opilatio: q̄ per clysteria vnctuosa non posset remoueri. vnde indigeremus fortibus in hoc casu: sicut polipodio ꝛ cartamo: turbit: ⁊ similibus additis cū alijs: vt apparet tertio cañ. fen. 16 Sicut etiam si timeremus casum in subet: vel appoplexiam: aut si homo esset multorum crudorum humorum in partibus inferiorum intestinorum euaporantium grossas ventositates ad caput: ⁊ per partes vētris: ⁊ multi sunt alij casus: quibus cogimur clysteria facere cū decoctione agarici: ⁊ similibus febribus putridis. Auicē. ergo posuit cañ. in clysteri competenti in cura ordinaria vel regulari fe. putride. ⁊ ideo etiam dixit cōmunis iuuamenti: qꝛ cōmuniter iuuat in omni putrida febre: cuꝫ est intentio sua lenitio: nō fluxus ventris: non solutio laboriosa.

ℂ Cum ergo lenieris hac lenificatione: fortasse indigebis eo debiliore ꝙ̃ illud: quo indiguisti in principio. Et illud est quando natura est obediens.

ℂ Hic ostendit qualiter prosequendum est cum lenitiuis: ⁊ vult ꝙ si natura obedit per hoc: qꝛ homo ex his factus fiat fluxibilis ventris: potest tandē vti leuioribus. ℂ Considerandū ꝙ hic sermo potest referri ad medicinas: ⁊ ad clysteria. primo potest referri ad medicinas: qꝛ in principio febris putride tu indigebas ad leniendū. verbi gratia: māna: syrupo violato. Cum ergo tu dedisti hoc semel: vel bis: vel ꝯm ꝙ tibi visum est: si natura sit obediens: qꝛ de se infirmus postea bene assellat: non expedit ꝙ des hoc amplius: sed sufficit tibi res debilior. verbi gratia. sola aqua ordei: vel solus syrupus acetosus. Et innuit per hoc Auicē. ꝙ si lenitiuum qđ dedisti in principio est debile inter omnia lenitiua. verbi gratia. aqua ordei subtilis: ⁊ ex ea respondet tibi lenitio: potes etiam desistere ab ea: si tibi videtur. Dixit autem fortasse aut qꝛ tu incepisti in principio a lenitiuo ita debili: ꝙ nō reperitur eo debilius: ⁊ tunc nō posset permutari ad debilius: nisi per minorem dosim: aut dixit hoc per occultas dispositiones sola extimatione comprehensibiles: verbi gratia: lꝫ dato lenitiuo natura fuerit obediēs hodie: tamen potest cadere extimatio medici: ꝙ si cras: vel post cras non detur iterū: iste fiet durus venter: ⁊ non procedet ista lenitio; que videtur incepisse: stabit ergo hoc in exercitati medici arbitrio. Eodem modo hic sermo refert ad clysteria: in quibus potest fieri ꝑmutatio de magis abstersiuo: ⁊ lenitiuo ad minus: vnde poteris dimittere succū blitis ⁊ baurach. ⁊ zuccharum rubeum. ⁊ esse contentus aqua ordei ⁊ oleo violato. Questio. XV.

Consuetum fuit nobis hic dubitare: an stãtibus duabus indicationibus .s. flobothomie ⁊ medicine debeat ꝑmitti flobothomia: vel farmacia. ¶ Et dicamus ꝙ si hec questio q̃rit de farmacia: que euacuat ex soluendo sermo in hoc est prolixus in scientia principiorum. ⁊ ibi discussimus. Si queris de lenitiuo: vt syrupo violato. ⁊ mãna: ⁊ cassia: vel etiam de clysteri consimilis isti quorum intentio est fecum ab intestinis eductio: ⁊ materierum ibi corruptarum. Dico ꝙ premitti debet lenitio cum clysteri vt magis dilecto: vel re potata: q2 flobotomia fieri non debet fece existente sicca in intestinis: ⁊ existentibus huiusmodi materieb9 corruptis: sicut accidit eis: qui indigestionem passi sunt primo cañ. fen quarte capitulo de flobothomia. ⁊ Gal. xj. tera. Unde Zoar i febre sanguinea premittebat ventris lenificationem cum re potata: facta m̃ phlebotomia vtimur his lenitiuis: licet Zoar fecerit illud forsan propter quasdam alias materias peccantes alias a sanguine cõmixtas sanguini.

¶ Deinde fac ipsum lequi ea: que vrinam prouocent: sicut syrupus acetosus decoctus cum radice apij ⁊ similibus.

¶ Hic est cañ. in euacuatione per vrinam: ⁊ est cañ. secũdus. ¶ Considerandum hic. deinde dicit ordinem. naz antequã dentur prouocatiua: opz precessisse flobothomiam si expediret lenificationem de flobothomia ẽt probatum est. 8°. capitulo de cura ephimere ex opilatione: ⁊ 8°. tera. ꝙ autẽ oporteat lenificari ventrem est notum. Si enim prouocatiua inuenirent materias malas corruptas in intestinis exuberantes: mouerent ipsas versus epar ⁊ venas. ¶ Considerandum secundo: ꝙ licet per hec prouocatiua fiat euacuatio: tamen fit principaliter digestio .s. diuisio ⁊ subtiliatio materierũ grossarum: que plus reperiuntur: ⁊ apertio viarum tam venarum q̃z pororum: ⁊ hec est quedam digestio .s. vias preparare: vt intelligitur ex cõmento affo. scde particule. Corpora vbi quis vult purgare cum hoc tamen euacuant materias precipitantes eas in vias vrine: ⁊ educendo eas per illas. ¶ Considerandum tertio: ꝙ hec prouocatiua sunt diuersa ꝫm diuersitatem materierũ. Si eniz materie sint grosse viscose prouocatiua sunt calida ⁊ sicca. ⁊ in hoc diuersificata ꝫm diuersitatem materierum in illis: vt quibusdam sufficiat radix petroselini: vel feniculi: quibusdaz cum eis radix apij ⁊ sparagi ⁊ brusci: in quibusdaz opz transire ad meu. ⁊ similia. Si autem materie sint cholerice: cum syrupo acetoso simplici dabimus decoctionem seminum cõmunium frigidorum: ⁊ totuz hoc Auicẽ. innuebat cum dixit ⁊ similibus. dixit autem decoctione .i. cũ decoctione: vel .i. ꝙ fiat syrupus acetosus compositus cũ his radicibus. ⁊ similibus. ¶ Considerãdum quarto ꝙ de intentione Auicẽ. apparet qd̃ diximus in tractatu de syrupo aceto. ⁊ intelligitur ꝑticulariter in ꝑticularibus capitulis cure infra: ꝙ vsus syrupi aceto. simplicis est prior ad ventris lenitionem: lz etiam ad digestionem. Sed vsus syrupi acetosi compositi: vt est ille: qui decoquitur cũ radice apij est posterior: factis lenificationibus: ⁊ quasi aliqua preparatione in materia precedente. ⁊ hoc inquantũ ipse est prouocãs fortiter: lz ipsemet syrupus compositus sit etiã preparans materiam euacuationi: vt prediximus.

¶ Deinde fac ipsum sudare ⁊ aperi meatus cũ illis: in quibus non fit calor fortis sicut cũ inunctione ex oleo camomellino ⁊ fricatione cum vino albo: ⁊ cum aqua dulci tepida.

¶ Hic est cañ. in euacuatione ꝑ sudorẽ: ⁊ est quartus. ¶ Cõsiderandum ꝙ Auicẽ. dicit deinde ⁊ vult ꝙ prouocatio sudoris non fiet: nisi precedentibus omnibus predictis. Et primo flobothomia si flobothomia indicatur. nam stante plenitudine euacuabili per flobothomiam medicina prouocans sudorem dissoluendo illam augeret: ⁊ poneret corpus in periculo. Debet etiam precedere lenitio ventris: ⁊ hec est: que quasi semper est necessaria: ⁊ hoc ne prouocãs sudorem materias intestinales corruptas moueat versus venas.

¶ Questio. XVI.

Dubitatur vtrum medicamen prouocans vrinaz precedere debeat ante prouocationem sudoris. ¶ Et dicamus hic breuiter: ꝙ medicamen prouocans sudorem est duorum modorum: vnũ ab extra approximatum: qd̃ facit illud tẽperata caliditate aperiendo poros ⁊ leniter trahens materias ad exteriora: sicut fricatio debita: coopertura pannorum: inunctio ex oleo camomellino: ⁊ similibus: aliud est prouocatiuum sudoris ab intra approximatum: qd̃ facit illud eliquando ⁊ subtiliãdo materias: ⁊ mouendo illas versus cutim: Et ꝫm hoc medicamen potest esse prouocatiuuz vrine ⁊ sudoris ꝫm diuersas aptitudines corporum in viis vrine ⁊ in alijs membris: ⁊ ineptitudines. Nam radix feniculi subtiliando sanguinez ⁊ quasi eliqñ in hominibus aptis in renibus ad receptionem materierũ. ⁊ habentibus fortẽ attractiuã in renibus. prouocabit vrinã: in alio vero homine faciendo eliquationem vaporosam debiliũ renũ in trahendo. ⁊ raro in poris versus cutim prouocabit sudorem: ⁊ multa cõsimilia istis potes in hoc considerare. ¶ Ex quibus apparet ꝙ medicina prouocans sudorẽ sumpta per os est fortior q̃z prouocans vrinã. cũ cõparatur ad eandẽ nãm. Nã prouocans vrinam subtiliat humores ad aquositatem: ⁊ facit eos transire ad renes: ⁊ iuuatur in hoc a renibus trahentibus aquã: q2 propriũ est eorum aquositatem trahere de humoribus. Medicina prouocãs sudorẽ sumpta p os ẽ fortior q̃ prouocãs vrinam. Sed medicina prouocans sudorem subtiliat ad aquositatem quasi vaporosam vel subtiliorem debentem penetrare ad loca strictiora: q̃z sint vie vrinales: ⁊ cum hoc non iuuatur ab attractiua membrorum sudandium .i. cuti affinium: sicut iuuatur vrinatiua medicina a membris vrinalibus. ¶ Dicamus igitur: ꝙ medicina prouocans sudorez ꝑmo: scz vias dilatãdo occurrens ab extra licet possit cadere in vsu statim facta aliqua minoratione: vel lenificatione: securius est tamẽ ꝙ euacuationes ⁊ prouocationes vrine precesserint: si erant materie debentes precipitare in vrinam: vel si erant in venis opilationes indicãtes huiusmodi prouocatiua vrine non vt prouocatiua: sed vt apperitiua viarum. Prouocans autem sudorez modo secundo conuenientius est vt precedat etiam illud: qd̃ vrinam prouocat .s. ꝙ prouocatio vrine detur anteq̃z illud sicut debilius: ⁊ motiuum materierum ad vias vrine: quas mouere ad vias sudoris esset difficile. natura autem quando vult potest melius prouocare sudorem: q2 melius distinguit nãm a mã. Cum ergo Auicen. considerauit ordinẽ predictum in arte. dixit. Deinde fac ipsum sudare: ⁊ explicauit de sudatione leui cum dixit. Aperi meatus .i. aperi poros. etsi hec prouocatio sudoris debet sequi predictas euacuatiões. igitur multo magis prouocatio sudoris fortis. Gal. autem. xj. terap. prouocatione sudoris voluit posse fieri facta euacuatione. vnde dixit. Euacuatio enim corporelz rarificare farmaco tepidum habente calorem: quale est oleũ camomellinum. ¶ Considerãdum tertio post hoc: ꝙ sermo hic potest dupliciter exponi: primo ꝙ Auicẽ. velit te debere inungere corpus ⁊ fricare cum medicamine composito: ex oleo camomille: vino albo: aqua tepida. q̇ mixta simul ꝫm proportionem: que tibi videtur aperiunt poros: ⁊ mouent materias versus cutim ⁊ sudorem: ⁊ hec expositio consonat superficiei textus: ⁊ intentioni Rasis. 16. continentis. Alio modo potest exponi: ꝙ Auicen. precipit prouocationẽ sudoris ⁊ apertionem pororum cuz tribus auxilijs. Primũ est inũctio ⁊ fricatio ex oleo camomellino: ⁊ hoc est qd̃ dicit. Sicut inũctio ex oleo camomellino ⁊c̃. ⁊ fricatio ⁊ ab-

rtertio fiat in hoc vnctione⁊ hoc q: timet ex viscositate olei opilationem: si non fiat fricatio: qua subtilietur oleuꝫ:⁊ cū fricatione abstergatur:⁊ qui est domesticus Auicen. intelligit hoc. Frequenter enim Auicen. dicit. Fiat inunctio abstergēdo:⁊ hoc quādo vult ne olei viscositas opilet:⁊ propter alia que nunc omitto. Secundum auxilium est potus vini:⁊ hoc est: qḋ dicit Auicen. Cum vino albo. s. potato limphando illud s̄m ꝙ videtur conuenire. Tertium auxilium est balneum siue fomentatio cum aqua dulci tepida:⁊ hec expositio est conformior dictis Gal'. xj. terap. vnde dicit. Totum corpus antequā euacuetur rarificari nō opꝫ: euacuatio autem: lꝫ rarificare ⁊c̄. Per oleuꝫ camomellinū ⁊ hoc tempore vinum aquosum. i. album subtile bibitum vniuersas mouet excreationes. i. euacuationes: ⁊ balneuꝫ eucratum ex dulci aqua:⁊ sermo Auicen. est idem: qḋ sermo: Gal'. eucratum sic componitur. Deinde facta euacuatione fac ipsum sudare:⁊ aperi meatus. i. rarifica cuꝫ oleo camomellino:⁊ cum potu vini albi subtilis:⁊ cum balneo aque dulcis tepide.

¶ Et si febris fuerit acuta: non inuenis excusationem ab inunctione ⁊ embrocatione.

¶ Hic cañ. est coniunctus dictis statim: nam inunctio cum rebus calidis: licet temperatis non debet fieri in omni febre. immo si febris fuerit acuta. s. multe flamme. vnde corpus dissoluit. ⁊ tendit in ethicam non inungas cuꝫ oleo camomille. immo cum vnctionibus. s. frigidis vt oleo violato:⁊ nenufarino:⁊ similibus:⁊ embroca. i. epithima cū epithimatibus frigidis. s. vt aqua ros. spodio sandalis:⁊ camphora:⁊ succis frigidis si expedit. Qꝫ autem embrocatio possit exponi. i. epithima: apparet in primo libro fen quarta capitulo de embrocis in littera Gerardi extra. ⁊ hic cañ. apparebit infra capitulo de regimine febrium acutarum.

¶ Quod si inuenis humorem in primis declinare ad stomachum: fac vomere cū eis: in quibus non sit diuersitas consuetudinis. imo cuꝫ eis: que sunt sicut syrupus acetosus cuꝫ aqua calida: quum natura mouet humorem ad vomitum:⁊ non diuersifices eam. Quod si fuerit illic declinatio ad intestina:⁊ senseris rugitum ⁊ descensum fecis: tūc adhibe qḋ soluat vētrē.

¶ Hic est cañ. in euacuatione per vomitum: ⁊ cum hoc loquitur etiam ex consimili iudicio: de euacuatione per ventrem. ⁊ vult ꝙ si materia declinat ad stomachum. s. per superius fac ipsum vomere: si. n. non declinaret: non oportet prouocare nisi ex alia causa. vnde Gal'. xj. terapen. si a casu quandoqꝫ impetum ad os ventris ferant per vomituꝫ: aliter autem non oportet preter naturam prouocare: etsi declinat ad intestina solue ventrem. ¶ Considerandum primo: ꝙ hic non dixit: deinde ad ostendendum ꝙ talis prouocatio vomitus: aut lenificatio ventris habeat ordinem ad predicta: sed siue ante flobotbomiaꝫ: siue post vides incitationem ad vomitum prouoca illuꝫ:⁊ sic de auxilio per ventrem: siue ante dationem syrupi: siue post:⁊ siue ante sudorem siue post sudorem. ¶ Considerandum secūdo ꝙ dicit in primis dupliciter exponitur primo. i. in preparatione ad vomitum ⁊c̄. secundo: in primis. i. in principio vniuersali vel particulari: quāuis nulla alia facta sit euacuatio. si videas eum nauseantem: non prohibeas. imo prouoca vomitum. igitur multo magis in processu iam factis euacuationibus. ¶ Considerandum tertio: ꝙ res dicuntur non diuerse a consuetudine: q: non diuersificantur a rebus: quibus sani vtuntur: sicut syrupus acetosus simplex. nā aqua: saccharum:⁊ acetum non sunt diuersa a consuetudine sanorum: vel dicuntur sic q: non diuerse a rebus quarū vsus consuetus est multum febricitantibus:⁊ talis res etiam est syrupus acetosus. est enim conformis rebus: q̄bus vtimur in febricitantibus. s. aque ordei:⁊ vino granatoruꝫ. ⁊ similibus: ipse etiā est: quo consuete in febricitantibus vtimur:⁊ quomodocuqꝫ exponatur dixit hoc. vt vomitus non fiat cum re forti: sed leui non diuersa a consuetis. ¶ Considerandum quarto: q: dicit: cum aqua calida: cum natura mouet humores ⁊c̄. q: si natura non moueret humores ad vomitum: non esset intentio ad vomitum:⁊ tunc posset dari syrupus cum aqua frigida. Sed cum vis ex eo vomituꝫ: aqua frigida prohiberet illum:⁊ quāuis cum ea fieret: non sic lauaret stomachum: sicut lauatur cum aqua calida: ⁊ dixit hoc vt determinaret sermonem cum dixit. si inuenis humorem declinare ad stomachuꝫ taliter. s. ꝙ natura moueat ad vomitum:⁊ hoc est: cum declinat ad stomachum superius non ad stomachum inferius: ⁊ non diuersifices eam naturam. s. a parte sue euacuationis. quo. n. repserit natura inde ducere oportet. vt dixit Hyp. ¶ Considerandum 5° ꝙ in signis declinationis materiei ad intestina posuit rugitū: ⁊ est notum. ⁊ descensum fecis. i. sentit: ꝙ materia mouetur versus inferius infirmo narrante vel. i. sentit mordicationem circa finem intestini recti: tunc adhibe ꝙ soluat. s. vel per os: vt cassia: vel manna: vel similia: vel cum clysteri: vel cum collirio.

Questio. XVII.

Ad intellectum dictorum ⁊ dicendorū est dubitandum: vtrum medicus q̄ processit in cura putridarum: febrium cum quinqꝫ cañ. dictis: imediate: qui sunt cañ. in quinqꝫ modis euacuationuꝫ minorauerit vel euacuauerit mām putride febris. ¶ Videtur ꝙ sic: q: omnes sunt cañ. in euacuatione fienda: sed non fit euacuatio nisi materiam a corpore educat. ¶ Amplius. De his cañ. est cañ. in phlebothomia: quando materia est sanguis: sed flobothomia sanguinē euacuat. ¶ In contrarium arguitur: ꝙ saltem de his cañ. aliquis non sic euacuet materiam febris: primo q: cañ. secundus est in lenificatione ventris a fecibus ⁊ materiebus in intestinis repertis: que non sunt necessario causa febris. ¶ Amplius. Prouocatio vrine: que hic precipitur non est ad finem purgandi per vrinam: sed ad finem digerendi materiam: quia prouocans vrinam vt prouocans est euacuans per viā vrine: sed euacuans per vrinam prohibetur ante digestioneꝫ: q: est cōmotiuum materie illius: vt notum est. ¶ Nos pro dissolutione huius questionis primo ponemus casum de facto. ⁊ quo modo cū dictis cañ. medicus practicat. tu medice superueniens febrienti incipienti febre putrida: si videris indigentiaꝫ flobothomie: flobothoma per primū cañ. ⁊ habeas in hoc menti cañ. in flobothomia: quos oportet scire ante istum cañ. ex lib. primo: sequenti nocte vel sequēti mane lenifica ventreꝫ cū cassia ⁊ syrupo violato vel mānna: etsi lenitionem sufficientem videbis posse fieri cum clysteri. vt magis dilecto facias: etsi credis ꝙ syrupus acetosus: vel aqua ordei: vel ambo. s. vnum post reliquum: vt syrupus ante:⁊ post aqua ordei: vt apparebit in alio capitulo lenter ventrem facias: ⁊ cōsequeris ex hoc digestiui exhibitionem ⁊ lenitiui ventris:⁊ hoc fit per secundum cañ. His factis cum duobus primis cañ. iam transierunt super tuo febriente aliqui dies. verbi gratia. tres:⁊ tēpus est procedere ad syrupum digestiuiorem ⁊ potentiorem: cum iam intestina sint munda: ⁊ incipiam dare in aurora syrupum compositum factum cum radice apij vel feniculi: ⁊ similibus: nec cum hoc obliuiscatur secundi cañ. de lenificatione. imo continuo volo ventrem esse lenem cum clysteri vel alio s̄m ꝙ conuenit: etsi videtur mihi aperiam poros cum vnctiōe ex oleo camomille: aut alio sudatorio: quo magis vtor:⁊ iam processi cum quatuor cañ. ⁊ quocūqꝫ tempore video materiam declinare ad vomitum iuuabo naturam ad illum. Unde si ante flobothomiam vel si post illam: vel

si illa non sit facta videro istum febrientem nauseare affe/
ctantem vomere: potabo cum syrupo acetoso: vel alio cum
aqua calida: ꝛ inducam vomitum. iam igitur febricitans
tuus est rectus cum 5°. cañ. ¶ Secũdo pro solutione que/
stionis clariori specialiter dicemus de euacuatione per flo
bothomiam secundum primum cañ. Et dico ꝙ flobotho/
mia statim a principio facta: si febris sit sinocha: euacuat
materiam vere de illa minorando. immo de illa aliquando
eradicando: cum per flobothomiam homo statim libe/
ratus est. si autem febris sit de materia alia a sanguine. sit
tamen sanguini mixta. Dico ꝙ medicus flobothomãs ac/
cidentaliter minorat materiam illã. Ratio est qꝛ per se mi/
norat sanguinem: ꝛ quia ille humor: qui fecit febrem: alius
a sanguine est sanguini mixtus. sequitur sanguinem in eua
cuatione: ꝛ exit simul cum eo. ꝛ sic minoratur. ¶ Remanet
igitur questio de cañ. quarto an medicus operans cum eis
euacuet siue minoret de materia febris putride. ꝛ pona/
mus duas distinctiones. Prima est que latuit expositores

Minoratio mãe febriũ putridarũ ẽ duplex.

sermonum Auicen. ꝙ minoratio materie febrium putri/
darũ est duplex. vna propria que abscindit ꝛ euacuat par/
tem humoris: qui est causa febris separando eum. ꝛ eligẽ/
do ab alijs humoribus: vt purgans cholerant. verbi gra/
tia. scamonea in tertiana: vel purgans flegma: vt turbit in
flegmatica febre: ꝛ lapis lazuli in quartana: ꝛ hec euacua/
tio cum per eam euacuatur pars materie: ꝛ pars tanta re/
manet: que potest tenere febrem: vocatur minoratiua eua/
cuatio propria. Cum autem hec euacuatio totam educit
materiam saltem totalitate: qua tollitur febris absq; suspi
tione recidiue per notabile residuum materie vocatur era/
dicatiua. ꝛ hoc significant ipsa vocabula. Alia est euacua/
tio minoratiua non proprie: quia non est euacuatio mate/
rie appropriate febri: sed est euacuatio materierum com/
muniter ꝛ necessario coniunctarum. ¶ Attende igitur di/

In febribus putridis necessario ẽ duplex modus mã.

ligenter pro distinctione secunda: ꝙ in febribus putridis
necessario est duplex modus materie. vna est materia ap/
propriata. verbi gratia. fla quotidiane: ꝛ cholera tertiane:
siue iste materie sint cause coniuncte: vt cholera actu putri
da tertiane siue sint cause antecedentes necessario: vt fle/
gma non putridum. tamen peccans taliter: ꝙ si maneat:
necesse est illud putrefieri. ꝛ fieri causa coniũcta. ꝛ euacua/
tio: que euacuat istum appropriatum humorẽ dicitur eua/
cuatio vere minoratiua: vel eradicatiua. Dixi autem: siue
sint cause antecedentes necessario ad differentiam causarũ
quas accidit esse causas antecedentes: ꝛ hoc derelinquo
subtiliter intelligenti: cum protelare non possuz. Alij sunt
modi materierum in febribus putridis: qui non sunt ma/
terie proprie febris: nec coniuncte: nec antecedentes neces/
sario: sed quedam sunt necessario coniuncte vel reperte in
febricitantibus. In omni. n. febre putrida: cum sit distem/
perantia caliditatis in toto: ꝛ spargens vapores putridos
per corpus necessario circa partes intestinorũ ꝛ stomachi
facta inflãmatione ꝛ latione putridorum fumorum fit ali/
qua corruptio vel alteratio: vel quomodocũq; nominare
vis in fecibus ꝛ chilo ꝛ muscositatibus ibi repertis: ꝛ in
materiebus etiam circa meseraicas. Unde etiam imagina
ri debemus vapores grossos ꝛ malos ab eis ꝛ in eis con/
surgere: ꝛ hec corruptio materierum circa membra nutri/
tiualz fit necessario fiens in omni febre putrida: est tamen
in hoc diuersitas ſm febres: ꝛ loca materierũ in eis: ꝛ ſm
diuersitates hominũ in dispositione partium stomachi ꝛ
intestinorum. ꝛ hec diuersitas non est parua. ¶ Necessa/
rio etiam scd̃o in omni febre putrida vnctuosum ꝛ serosuz
siue aquosum sanguinis recipit aliquam infectionem pro/
pter eandem caliditatem ꝛ putridos vapores: ꝛ qꝛ ille par
tes sanguinis sunt apte inflãmari ꝛ ifici. Nec volo per hue
rilles instantias molestari. Dicẽtes igitur in omni febre pu
trida esset vna alia feb. de illo aquoso: ꝛ seroso inflãmato
ꝛ infecto. Dicemus. n. ꝙ talis infectio sanguinis: que fit in
omni febre: ꝛ necessario consequitur in omni febre: non est
inflãmatio ꝛ permutatio sufficiens ad faciendum febrem:
nec est retinibilis amota feb. putrida: sed habet esse depen
dens: hoc intelligunt: qui nostra dicta viderunt super pri/
mo de differentijs feb. ¶ Dico 3° ꝙ necessario in omni fe/
bre putrida opz vapores: qui insensibiliter per poros a sa/
nis egrediuntur ingrossari: multiplicari: ꝛ malignari: qꝛ
vapores putridorum humorum sparsorum ad ambitum
corporis grossiores ꝛ peiores sunt his qui insunt homini
ſm naturam: ꝛ ſm hanc considerationem in omni putrida
febre ex illorum vaporum grossitie est pororũ aliqua opi/
per leues intelligit cassiam : ⁊ similia. vt apparet in techni trac. 3°. illo cap. Euones vero. ¶ His omissis dicamus ꝙ febres putride vel sunt cum apāte: vel sine apostemate. Et dicamus parū de febribus apostemosis: ꝙ de fluxus mate/rierū ad loca apostemosa plurimū est cū sanguine: ⁊ ideo a principio plurimū facimus phlebotomiā: tñ fit defluxꝰ aliarū materierū: quarū eductio nō posset fieri phleboto/mia. Dicamusꝙ a principio hoꝝ apatū possumus vti far/macijs euacuātibus ex oluēdo: in quibus fit virtus eūandi māz: que fluit: siue que est in cursu: siue in fluxu: nō aūt māz: que est in parte. Ratio ꝑmi est: quia mā que fluit dꝫ diuerti ⁊ vt ꝑsupponit: nō potest fieri hec diuersio flōmia. ğ farma/cia opꝫ fieri. s. qꝛ est alius humor a sanguine qui fluit: ⁊ cuꝫ hoc est valde superflue quantitatis : vnde nisi minoret fiet apostema tam magnū: ꝙ ifirmus moriet: necessariū est er/go pharmaco minorare māz ⁊ diuertere: ⁊ sic suadet Gal. 13°. terapē. in apātibus ꝑtium capitis: ⁊ sic generalr̄ ꝑcipit Aui. ꝑmo lib. fen 4ª cū dixit. Occultoꝝ apatū mā est mino/randa phlebotomia ⁊ solutione vētris ⁊c̄. ¶ Et q̄uis hic cañ. sit sūptus a nā apostematis. tñ cū hoc opꝫ medicū ꝯsi/derare nāni ꝑicule apostemose: qꝛ si dat farmacū ad diuer/tēdū ⁊ minorādum māz dꝫ eē tale: ꝙ versus illas ꝑtes non moueat: ⁊ ideo in apātibus itestinoꝝ ⁊ ani nō eēt bonū far/macū solutiuū: sed potius oporteret vomitu minorare ma/teriā. ⁊ tu videas in his Gal. 13. terapē. Hec ergo euacua/tio cū farmacia in ꝑnº apostematū fit grā māe q̄ fluit: ⁊ que parata est fluere: de qua itēdimꝰ minorare ⁊ diuertere. mām aūt apātis in mēbro quiescentē quasi fixā cū eo : siue icu/neatā nō debemus farmacia mouere: ⁊ talis enīꝫ mā ex ipso quo fit quiescens inepta est motui: ⁊ ideo temptās illā far/maco educere cōmouet: ⁊ facit eā ledere loca sana: ⁊ indu/xit Cōciliator, dīa. 161. exēplum. ꝙ hoc agere est ac si quis arborēꝫ a terra conaret euellere priusq̄ꝫ lateralr̄ separetur ⁊ Aui. cū Hyp. dixit. eādē sniam primo liº fen 4ª ca. 3°. cuꝫ dixit. Cū autē humor in vno fuerit loco comprehensus ⁊c̄. ¶ Sed dubiū est: qūo potero dare medicinā : que materiā fluentē diuertat: ⁊ minoret eūando: ⁊ mām que est in apāte nō euacuet. ¶ Amplꝰ. Tales farmacie aliquādo tali die ob apāte inchoante liberāt: vt Gal. 13. terap. vñ dicit. Con/siderasti quosdā eoꝝ: qui inceperūt phlegmonare in oculis purgati per inferiorē vētrē die vna curatos. ¶ Amplius si/Sicut mām fluentē, posē est, eē multā : vnde de corruptione mēbri timeatur: ⁊ ruptura apostematis ante maturationē: sic mām in parte stantē posē est esse talē ⁊ tantā: ꝙ timeat ista. ¶ Amplius. In apātibus exterioribꝰ māz stātē in ꝑte cum est multa suffocatiua minoramus scarificatione: nō ex/pectātes maturationē : vt intelligit li. ꝑ fen, 4ª. quare sic in apostematibus iterioribus farmacia facere poterimus: ac/cipiēdo qđ in parte est de mā. ¶ Dicendū manifestū esse ꝑ se ꝙ materia que fluit: ⁊ que parata est fluere in ꝑnº apatuū interioꝝ: ⁊ exterioꝝ etiā ponit idigere minoratiōe: ⁊ diuer/sione per, farmaciā: lꝫ frequentius per flōmiā. Manifestuꝫ est etiā ꝙ iste materie eo ipso: ꝙ sunt cursiles: sunt aliqualr̄ aptiores: vt violētia farmaci cursiles, fiāt versus farmacūt ⁊ versus loca eūonis. manifestū est etiā ꝙ māe : que q̄escūt in mēbro: non sunt sic apte cursui nisi maturescant : ⁊ q̄uis ille materie: que sunt in mēbro apostemoso quiescentes: sint ille: que eṙāt ꝑm spēm in cursu: tñ in mora aliqua sunt simul compacte: ⁊ resolute: in subtili caruꝫ. ⁊ cum sic est non sunt obedientes farmaco. Insuper sunt magis elongate a vijs: per quas farmacū dꝫ illas ducere: ⁊ ad quas. ¶ De primo igitur iudicio extimatiuo medicus arbitrat materias apo/stematū q̄escentes in apāte ineptas eē eūoni per farmacuꝫ. Sed materias currētes ⁊ currere paratas magis aptas: ⁊ quādo medicus stat sup hoc iudicio : ⁊ vult dare medicinā solutiuā que euacuet miorādo ⁊ diuertēdo ⁊ nō agitet māꝫ que est in ꝑte, quiescens: opꝫ sua bona extimatiōe cōponere

farmacū talis potētie: ⁊ hoc ipse facit cognoscēdo solutiua que a longinquis euacuent: vt colloquintida : hermodacti/li ⁊c̄. cauendo se ab eis: ⁊ vt non misceat in magna q̄ꝫtitate medicinas: que ad loca illa portant medicinas ⁊ cauendo mixtionē illaꝝ: ⁊ vtendo medicinis: quaꝝ operatio ē circa loca cōia venaꝝ: vt reubarbaro: ⁊ turbith in expressione vl̄ odore nō facta sui vigoratione per ȝingiber. Utꝝ autē post/q̄ꝫ materie: que q̄escunt in apātibus mēbroꝝ iterioꝝ matu/rant sint danda farmaca solutiua. nō discutiamꝰ hic. ¶ Sꝫ tu dices. Hippo. in eūone ista vsus ē helleboro ⁊ fellichino que sunt medicine a lōginquo euantes ⁊c̄. ¶ Dōm ꝙ tēpo/re Hippo. forsan nō erant note alie medicine: ⁊ debemꝰ cre/dere: ꝙ vtebat eis in q̄ꝫtitate modica : ⁊ cōsolatis vt opor/tebat. Et diuersitas hoīum ad impressiones medicinarū in tēporibꝰ. Hippo. ⁊ tꝑibus nostris est diuersitas magna: vt dicit Aui. 4° cañ. fen. 5. trac. 2°. ca. 2°. ¶ Ad 2m dōꝫ: ꝙ illa liberatio est : qꝛ illud qđ est in ꝑte a nā resoluit: ⁊ ex quo per influxū nō multiplicat. Uel dōꝫ: ꝙ accidit aliq̄ñ mām : q̄ est in apāte. i. fixā eē eūoni aptā: ⁊ vñ obedit cursui per medici/nas sicut illa q̄ fluit. Hip. igit cū dixit: ꝙ ex eūone fcā cū far/macia in ꝑnº apatuum destruunt loca sana intellexit: quādo ille māe quiescūt: ⁊ sunt inepte motui. Et medicus de suo iu/dicio extimatiuo hꝫ iudicare illas esse ineptas: nisi maturēt ⁊ illas que sūt itus inuenis hꝫ iudicare aptiores. ¶ Ad 3m dōꝫ: ꝙ tu posses pōere casuꝫ talē: qui dimittēdus erit: sicut in quo medicus nihil boni pōt agere : vñ ifirmus morit ne/cessario Cogit ergo casu illo posito quasi eq̄librare iudicio extimatiuo: ꝙ sit ꝑiculosius an mām: existem in ꝑte agitare volendo cum hac agitatione de ea minorare: vel dimittere multā mām: ⁊ nihil eūare de ea: q̄uis sit suspitio : de mem/bri corruptione ꝑꝑ multitudinē : ⁊ remāet totū hoc in capi/te medici. ¶ Ad 4m dōꝫ : ꝙ securius miorarius scalpella/tione materias apostematum : q̄ꝫ farmacia māe quiescen/tes in apātibus interioꝝ membroꝝ. opꝫ igit medicum vti predicta deliberatiōe ⁊ equilibratione: hec ergo pauca di/cta sunt de purgatione cum pharmacia in ꝑncipio febrium apatum: inuenies aūt multa ꝑicularia scripta a nobis in ca. de phrenesi. ⁊ in ca. de squinā. ⁊ pipleumonia: ⁊ de apāti/bus stomachi ⁊ de apātibus epatis. ¶ Si aūt fe. putrida fit sine apāte tūc regulariter nō debes dare a ꝑncipio farmacū solutiuū: vt supra dixit: nō euacues māꝫ calidā: aut frigidā idigestam: coacte tñ euacuamus: illud aūt qđ nos cogit est materie furiositas: ⁊ de hoc iam sumus expediti : vel māe superflue quātitatis: ⁊ dicimus hoc manifestū esse ꝑ se: ꝙ si a principio febriū calidaꝝ phlegmaticaꝝ ⁊ melicaꝝ medi/cus videt māꝫ nō multā: imo quātitatis tāte: ꝙ arbitrat na/turā: cuꝫ illa posse quiescere vsq̄ꝫ ad statū: ⁊ cognoscit me/dicus: ꝙ potētia virtutis per se vel cū auxilio artis est tan/ta ⁊ materia tā pauca: ꝙ nō dubitatur de eius digōne suc/cessiua: tūc nullo mō det a ꝑnº farmacū solutiuuꝫ: quia iste sine eo saluabit: ⁊ hoc farmacū mām agitando posset plus nocere q̄ꝫ iuuare ꝑꝑ cās superius scitas. Sed si medicus vi/det a ꝑn. dictaꝝ febrium superfluā quātitatē materie ⁊ iu/dicat: ꝙ cum tāta quātitate virtus non ꝑueniet ad statuꝫ di/gerēdo: immo addetur putrefactio praua in materia: ⁊ mo/rietur infirmus: ⁊ cum hoc arbitrat medicus: ꝙ si illa mā esset minoris quātitatꝫ. vbi grā. qꝛ sit. ℥. i. minus q̄ꝫ sit: vtus posset illam vincere digerēdo successiue. opꝫ necēo medi/cuꝫ dare medicinaꝫ solutiuā minorantē de materia illa. Et hoc est qđ nos docuit Raſ. 16° ꝯtinētis cū dicit sua auctori/tate. Non debes expectare in febre quartana: neq̄ꝫ in tertia/na: neq̄ꝫ in quotidiana digestionem: deinde eūare corpus: si materia fuerit multa. si ꝟo pauca non debemus penitus euacuare ⁊ subdit. Si humor fuerit obediens euacuemus eum ⁊ digeramus: postea residuum : ⁊ hoc intelexit Gal. in cōº affo. Incheoantibus morbis ⁊c̄. Ubi vult ꝙ si mor/bus sit salubris: ⁊ locum viderimus esse ad fortez medici/

naz faciamus:ꝛ talis fortis medicina aliqñ est pharmacia
ſm Gal'. Unde igit' Gal'. aliqñ in pn° fe. forti medicine pur/
gationē fieri: vt residuū paucificatū a nā melius possit dige
ri:ꝛ sic Auicē. in capitulis particularib⁹ obseruat: vt appa
rebit in omnib⁹ illis:ꝛ q: in hac nostra patria ꝛ modernis
tēporib⁹ hoīes inueniunt' vehemēter repleti pp multitudinē
ciborū ꝛ potuū: ꝛ inordinata regimina: ideo iuēta est apud
operatores nō timidos multa vtilitas in euacuatione facta in
pn° harū feb. putridarū. Et ideo qdā cōiter in pn°. purgāt
pharmaco euacuāte exoluēdo: nos autē a pn° quosdā eua
cuamus: ꝛ quosdā omittimus ſm datū can. ¶ Ad ꝯtraria
pz solutio: cū eniz ꝓhibet' ab hip. euacuatio mäerū cruda/
rū: itelligit' regulariter nō coacte: cogimur. n. qñq3 euacua/
re non expectātes digōnē: vel intelligit' eradicatiue nisi mā
sit furiosa: minoratiue tñ possumus euāre a pn°. ꝛ ideo ser/
mo hip. quarti reg. acu. pōt sic exponi: q a pn̄cipio phleg/
minārib⁹ hypocūdrijs nō debet dari pharmacū eradicās:
sed minorās de materia: siue illa fluat: siue sit parata fluere:
siue fluxerit: ꝛ ista solutio erit manifestior cōmunitati me//
dicorū: ꝛ acceptibilior. ¶ Quādo igit' querit': vtrū in pn̄ci
pio ꝯpatū interiorū mēbrorū possit dari pharmacū exoluēs.
¶ Dicendū est q sic ad minorandū: si mā est plurima: ꝛ ti/
mes de victoria eius pp multitudinē: sed ad eradicādū non
debet dari pharmacum soluēs: nisi forsan esset mā furiosa.
¶ Ad rōnez cū dicit': q ille tres cause superi⁹ assignate ab
Auic. possunt adduci in hac euōne minoratiua. ¶ Dicēdū
q nos preeligimus illa tria nocumēta nocumento mortis
ꝛ speramus q erunt remissa: q: dabimus pharmacū: quod
parū euacuabit' de illo malo humore: ꝛ iō illa tria nocumē
ta ex hoc pauca fient. Questio. XLIIII.

Secundo dubitat': vtrū sit melius hāc euōnē facere
in pn° vel in augmento. ¶ Et videt' q in
augmēto: q: mäe aliq̄ pars posset esse digesta: vel mā pos/
set aliqualē diminutā recepisse digestionē: fit enim successio
in digestione ſm ptes mäe: ꝛ ſm gradū digōnis intensiuū.
¶ In ꝯtrariū Hip. est cū dixit in aphoris. Incohoantib⁹ mor
bis ꝛc. nihil docēs de augmēto. In ꝯtrariū etiā Auicē. hic
qui vt bene intētionē suam exprimeret: nō dixit moueas in
pn̄cipio: q: ex hoc nō itelligebat' q nō moueas in augmēto
sed dixit nō moueas nisi in pn°. ¶ Dicamus manifestū esse
per se: q medicus cū iudicauit mām esse plurimam in ipso
pn̄cipio febris: vnde timet de victoria eius supra naturā fir
mat i animo suo dare medicinā solutiuā ante statū: q: apud
statū iste nō posset peruenire cū salute: sub hoc aūt iudicio po
test medicus habere duo alia iudicia extimatiua: in quorū
altero cū figitur diuerso tēpore debet dare medicinā hāc in
diuersis. Unū iudiciū est q mā sit tante plurimitatis ꝛ mor
bus tāte prauitatis cū hoc: q nulla digestio possit incipere
in mā: imo incipiet corruptio ꝛ vrina nigra: ꝛ erit tunc aug
mentū morbi ꝛ mortalis. Et tūc medicus in ipso pn° dabit
medicinā solutiuā: ꝛ nō nisi in pn̄cipio. q: tūc virtus est for/
tior: cū aūt processit ad augmētū malignū virtus est mägis
debilitata ꝛ prauior mā facta ꝛ sic est dimittēdus pronosti
co. q: moritur anteq3 pharmaco solutiuo poteris iuuare in
minorādo de mā. Et hoc modo operationis vtemur in pn°
appoplexie saltem per clysteria acutissima: si nō possunt da
ri in potu. Huius autē solutiua Auer. miscuit cū subtiliati/
uis: vt apparet 7° coll3. ¶ Et si tu diceres mihi. Si ego do
pharmacū in pn̄cipio appoplexie vel febris: cuius aposte/
ma est intrinsecum: ego cōmouebo mām. ¶ Rñdeo q si tu
ponis mihi casum: q in omnē aduentū periclitet' infirmus:
nihil agere debes: vt in appoplexia qdā auctores nil agen
dum precipiūt in pn°: vnde Gal. dixit ad hāc intentionē in
apho. Incohoātib⁹ morbis ꝛc. morituros nō oportere me/
dicari: sed eis futura p̄dicere. Sed si aliqs eēt possibilis ca
sus: in quo febriens aliquis p pharmaciā in pn°. datā possit
plus iuuari q3 noceri: ꝛ si nō datur q illum oporteat mori:
medicus prudētissimus debet conari cognoscere illū: ꝛ cu3
hoc iudicio extimatiuo Aui. processit hic. cum. n. imagina
tus est mām plurimam vincēre virtute: noluit euonem fieri
nisi i pn°. ¶ Sed tu dices. Ponamus q sit hui⁹ febris aug
mentum malu3. verbi gratia. cum aliqua nigredine vel li/
uiditate vrine possum adhuc purgare. ¶ Dicēdum tibi q
Auic. respondere sufficit primo querenti: q error tuus est
notus: quia securius esset purgasse in prin°. non sic defecta
virtute: nec materia prauiori ꝛ ineptiori facta. Scdo dicet
Auic. q si tu credis istu3 moriturū: relinques ꝓnostico: etiā
ad hanc intentionē locutus est Gal. in cōmēto apho. predi/
cti S3 si ſm tuā extimationē est aliqua spes de vita recupe
rāda per auxiliū euationis fac illā. nō enim dies in quo inci
pit vrine liuiditas vel nigredo nec io morie' : vt habemus
declarare sen scda hui⁹ libri. ¶ Aliud iudiciū extimatiuū
est: q materia ista l3 sit plurima: ꝛ non sit sperādum de di/
gestione eius: nisi partim post partim minuat': tñ est a prin/
cipio multe cruditatis oino inobediens cursui: sed spero q
per mora3 aliqualiter parabitur euacuationi in spatio. ver
bi gratia. trium dierū: ꝛ tunc ego icipiā dare aliquod mino
ratiuum nō expectando aliquā digestionem: imo sufficit
mihi aliqua digestio occulta: vt verbi grā. ingrossatio vri/
ne in aliqua febre phlegmatica : ꝛ forsan calor putredina/
lis posset facere illam adaptationem materie: que est sua di
uisio in partes ꝓfundas : ꝛ tunc minorabo cum turbith: ꝛ
faciam hoc pluries si mihi videbitur: ꝛ hoc modo: ꝛ cum
hoc iudicio extimatiuo processit Auicen. in cura phlegma
tice: vt post apparebit. Et Auer. 7° colliget. inducit in hoc
exm̄ de oneris portatione ptiti in partes: possi'e est : q cū his
duobus iudicijs extimatiuis procedat' in vna febre. ¶ Ex
predictis cessat questio Mūdini de foro Julij : qua querit
an vrina ispissata post subtiliationē eius cōpetat farmacu3
solutiuū. ¶ Dicendū q potest cōpetere magis q3 stante ea
subtili: q: illa igrossatio aliqua digestio est. i. aliq̄ p̄paratio
l3 fecerit eam calor febrilis : ꝛ de hoc require in principio
capituli de cura febris flegmatice. ¶ Dubitatur tertio: cu3
quo farmaco faciamus has euacuationes minoratiuas.
¶ Dicendū q cum farmaco euacuante exoluendo. Ratio
est: quia talis minoratio est minoratio appropriata humo/
ri: quia cum sit plurime quantitatis vincentis o3 ad mino/
rem quantitatem reduci per abscisionē partis eius : sed nō
potest pars cholere abscindi nisi farmaco illi appropriato:
nec pars phlegmatis: nec pars melācholie: ꝛ ideo ad hanc
intentionem in pn°. febrium cholericarum Ras. 16. cōtinē.
purgat cum scamonea: ꝛ Auic. cōcedit illud in cap. de cura
tertiane: cum dicit: nisi per modum quem diximus: ꝛ in fle/
gmatica purgat cum turbith: ꝛ in melancholica cū epithi/
mo vel lapide lazuli. sileat ergo qui vult proprias minora/
tiones facere cum cassia ꝛ syrupo viol'. ¶ Et si dicatur q
educit choleram ꝛ phlegma. ¶ Dicendū q illud facit quā
do sūt in locis cōib⁹ ductuū: vt in stomacho ꝛ itestinis. Si
autē a venis ꝛ remotis partibus vis materias educere eli/
gendo eas: op3 facere hoc farmacijs exoluētibus.

¶ Apud statu3 vero nō moueas aliquid donec
vincat natura ꝛ digerat. ¶ Et si ipa nō mouet
moue tu hora motus ei⁹. ¶ Et si ipsa mouet:
aut mouit: tunc dimitte eā : ꝛ operationē eius.

¶ Auic. quoniā supra dixerat mā3 idigestā nō eē euacuādā
ꝛ ex hoc inuebat mām digestam posse euacuari: vult decla
rare: quando possumus euacuare mām digestā. Et dat in
hoc tres casū. primus est q tu expectes bñ cōpletā esse dige
stionē in pn°. enim stat⁹ nō sis ꝓmptus euacuare: sed statu
p̄cedēte iā pfecte victa mā per digōnem. Et hoc est qd dicit
apud statū. i. adueniēte statu nō moueas aliquid. s. cū phar
maco solutiuo: donec vincat natura ꝛ digerat. i. donec vin/
cat per cōpletā digōnē : s3 totale cōplementū digōnis est in

processu stat⁹. ¶ Sed tu diceres. In statu est mã digestior q̃z in augmẽto: sed in augmẽto possumus aliquid mouere partẽ post partẽ euacuãdo sepe: sicut in phlegmatica febre facimus. ergo in statu possumus partem aliquã mouere: ꝛ postea reliquã partẽ: quãuis nõ sit in multo cõplemento digestionis. ¶ Dicendũ ꝑmo: ꝙ si Auic. loquit̃ de statu quo ad accidẽtia. i. in quo cõcurrit accidẽtiũ difficultas: tũc res est manifesta: ꝙ securius euacuamus in augmẽto: q̃z in statu: ꝛ vadit tunc hoc totũ ad apho. hip. Inchoantibus morbis ꝛc̃. ꝛ illum aliũ. Circa ꝑncipia ꝛ fines oĩa ꝛc̃. Sed sermo iste nõ est in oĩbus vniuersalis: quia in statu quoad digestionẽ nõ cõcurrit in oĩbus febrib⁹ accidentiũ difficultas ꝛ in quibusdam nõ est: de qua curetur. Et ideo dicamus ꝙ Auicẽ. dirigit sermonẽ suũ ad medicũ bene operãtẽ ꝛ prudentẽ: qui duxit infirmũ vsq; ad statũ cum pauca materia: que pauca fuit: vel quã paucã fecit: ꝛ arbitratur eam posse virtuti associari ꝛ perfecte digeri: ꝛ nihil cogat eũ preueniri in euacuãdo: ꝛ ideo dimittit illaȝ materiã ꝑfectissime digeri antẽq̃z euacuet: nec etiaȝ postq̃z est perfectissime digesta euacuat: nisi nã ab euacuatione diffidat: ꝛ ideo Auicen. ponit ꝑm canõ. dicens. ¶ Moue tu hora motus ei⁹. i. hora perfectissime digestionis. Si ipsa non mouet quasi Auicẽ. dicat. Si tu iudicasti naturã posse digerere istam materiaȝ per se vel tui auxilio: dimitte eã perfecte digeri: ꝛ q: natura perfecta digestione cõsueuit euacuare: credendũ est ꝙ ipsa euacuabit. Sed si pigritia vel sensus obtusione: vel quacunq; causa nõ euacuet: tunc euacua tu in illa hora perfecte digestionis: que est sua hora: cũ nãliter operat̃: ꝛ ideo nõ precipit: ꝙ euacues in hora crisis ꝛ in die cretica: vt quidã dubitauerũt: vnde trãsposuerũt textũ dicẽtes: ꝛ si ipsa nõ moueat hora motus eius. i. in hora crisis. s. in die cretica moue tu: sed non expedit sic textũ trãsponere. Si tu scis: ꝙ hora motus nature est duplex. s. hora digestionis ꝑfecte: ꝛ hac hora tu moueas: quia ita facit nã: nisi impediat̃ ex aliqua causa. Alia est hora crisis ꝛ hac tu nõ moueas. Quod aũt aliquãdo mã fit indigesta: ꝛ natura expellat illaȝ apparet a Gal. 3° de creti. cap. 5°. ꝛ fen scõa huius capl'o de signis significãtibus crisim malaȝ. Causas aũt omissionis hic non ponimus: sed ponemus eas in vltimo capl'o. scõa fen huius quarti. vbi disputare opȝ vtruȝ in die crisis medicus possit aliquid agere: ꝛ quid ꝛ qualiter. Hic tamen ab Auicẽ. non habet̃: ꝙ in die crisis aliq̃d agas de euacuatione: sed si natura crisim in die cretica sibi debita non facit eũonẽ euacua tu postea in die non cretica: ꝛ ideo subdit: tertius canõ. Si ipsa mouet: aut mouit: tũc dimitte eam: quia iam fecit operationẽ eius: q: iam actu facit: ꝛ similiter si futura est facere: dimitte eam sine cibo: ꝛ operationẽ eius sine euacuatione. Est igitur apho. hip. Ea quoꝝ crisis fit ꝛc̃. Et totuȝ: qd̃ protelauimus in hoc aphoris. dimittimus ad fen scõam huius quarti cum auxilio dei dicendum.

Hora motus nãe duplex.

¶ Et hoc est illud: qd̃ nominauit Hypo. furiositatem vbi dixit: oportet vt administret̃ medicina solutiua: postq̃z digeritur egritudo. In principio autẽ egritudinis non oportet: vt administretur illud: nisi egritudo sit furiosa: ꝛ forsan non est ꝑm plurimũ furiosa: ꝛ talis est ista euacuatio necessaria: que nõ est in hora sua: sicut cibatio necessaria: que nõ est in hora sua. Et proportio illius euacuationis ad cessandũ ex malitia materie est: sicut ꝓportio istius cibationis ad prohibendũ virtutẽ a casu suo.

¶ Hic Auic. cõfirmat dicta auc̃te hip. in apho. Digesta medicari. ¶ Considerãdũ ꝙ tres canõ. positi sunt: qui sunt tres casus: in q̃bus opȝ a ꝑncipio euacuare nõ expectãdo digestionem. Primus casus est quãdo mã est vere furiosa: quia mobilis de mẽbro ad mẽbruȝ ꝛc̃. Secũdus casus est quando indicat̃ phlebotomia: que est sanguinis intentio. Tertius casus est quãdo timetur humoris victoria ꝓpter multitudinem: ꝛ in omnib⁹ istis casib⁹ materia potest dici furiosa: tamẽ ꝑm veritatem melius est: ꝙ intelligat̃ casus primus ꝛ tertius: vt apparet per hoc qd̃ dixit. Administretur medicina solutiua ꝛc̃. subdit. In principio aũt non oportet vt administretur illud. i. medicina solutiua: nisi egritudo sit furiosa. s. ꝓpter mobilitatẽ ꝛ malitiã: vt dixit ꝑmus casus: ꝛ propter multã quãtitatẽ minorabilem pharmacia: vt dixit tertius casus: quãuis eniȝ mã plurima sanguinea in ꝑncipio de qua loqtur, scõs casus posset dici mã furiosa: tñ nõ euacuamus illã irregulariter: ꝛ manifeste nocẽtes volendo eligere nocumẽtũ minus: imo regulariter illã euacuamus: ꝛ fere nihil nocentes: nisi quãdo ad syncopim deducimus. Similr̃ nõ euacuamus illam cũ pharmaco solutiuo: vnde hic Auicẽ. placuit exponere aphori. sicut etiã hip. intellexit. Apparet igit̃ cõfirmatio canõ. regularis ꝛ exceptiõis ex apho. hip. Nã cũ dicit nõ euacues materiã indigestam in calido: aut frigido est dicere. Digesta medicari: ꝛ mouere non cruda: ꝛ dicet̃ nisi ꝓpter necessitatẽ est dicere: nisi mã fuerit furiosa: hoc aũt qd̃ dixit Hip. nisi mã fuerit furiosa est illud: qd̃ dictũ est in ꝑmo casu: cũ aũt mã fuerit mobilis permutabilis de mẽbro ad mẽbrũ ꝛc̃. illud est qd̃ dictũ est in 3° casu. Si times victoriã humoris. s. ꝓpter multã q̃ntitatẽ. ¶ Dubitatur. Quia Maurus ponit aliũ modũ furiositatis materie. s. rõne nobilitatis partis: vt mã squinãtici. ¶ Dicendum ꝙ modos furiositatis materierũ quidã nostri precessores posuerunt. 5. ꝑmo rõne mobilitatis malitie siue venenositatis: qualẽm dicũt esse in antrace. scõo rõne quantitatis mãe: vt in synocha: ꝛ quacunq; egritudine de materia multa. 3° principatus mẽbri: vt in phrenesi. 4° rõne accidẽtis doloris: sicut in colica. 5. rõne nobilitatis ipedire actionis vt in squinãtia. ¶ Nos dicimus ꝙ Auicen. non dȝ hic prosequi curã febriũ putridarũ ꝑm diuersitatẽ patientium particulariũ: q: spectat ad tertiũ libruȝ: ꝛ sermonẽ de phrenesi squinãtia ꝛ colica: ꝛ ideo dixit de his duabus furiositatib⁹ vel de trib⁹. ¶ Et forsitan non est ꝛc̃. dixit hoc: quia generaliter: ꝛ vtplurimũ reperiunt̃ materie nõ furiose: tamen in speciali annoꝝ aliquoꝝ cõstitutione: imo in multis annis: ꝛ climatib⁹ possunt reperiri plurime furiose aliquo trium vel duorũ modorũ de modis Auicẽ. ¶ Et talis est. hic probat dicta per rõnem sumptam a simili. ꝛ arguit sic. Sicut aliquãdo cibamus hora incõueniẽti ꝑm canõ. cibationis regularis: ꝛ hoc facimus: vt ꝓhibeamus virtuteȝ a casu: vt quãdo in hora status accidentib⁹ virtutẽ dissoluẽtibus cibũ damus: vt vinuȝ ꝛ carnes: sic euacuamus cum pharmaco solutiuo in hora principij mã nõ digesta: que hora non est hora regularis euacuationis: ꝛ hoc facimus: vt faciamus cessare malitiã mãe: que malitia est illud: qd̃ põt dici furiositas. s. furiositas malitie ꝛ mobilitas ꝛ furiositas quãtitatis superflue: vt dictum est: ꝛ apparet ex dictis qd̃ Auicẽ. exponit apho. Hip. generalius q̃z facit Gal. licet etiã Gal. sermo possit de alijs duabus furiositatibus exponi: ad quod nos modo non laboramus.

Modi furiositatis mãe sunt quinq;.

¶ Cum ergo exerces euacuationẽ: tunc cõsidera horam interpollationis: aut horã ipsius tẽporis: aut frigidiorẽ horã: que est in die. Et nõ euacues per fluxũ ventris in die periodi: neq; phlebotomes. Et nõ agas cũ euacuatione artis contra partẽ euacuationis nature.

¶ Ex premissis canõ. pȝ ꝙ possumus euacuare mãm digestã: cũ natura non euacuat illaȝ: ꝛ possumus euacuare indigestaȝ cũ fuerit furiosa: ꝛ cũ in phlebotomia est itẽtio sangui-

nis: tunc debemus eam facere. hic Aui. ponit quosdã cañ. qui sunt minus generales pdictis: ⁊ rectificãt euacuatiões fiendas. Et primo ponit cañ. cões phlebotomie ⁊ pharmacie. secundo cañ. proprios vnicuiqȝ illarũ euacuationũ. ibi scða. (Et nõ diminuas.) prima in tres: sicut tres ponit cañ. ¶ Primus cañ. est de particulari hora euõnis: siue pharmacia: siue phlebotomia fiat: ⁊ est ꝙ eligas horã interpollationis. s. horã: in qua nõ est febris: si est interpollata: aut horã tẽporis: si est cõtinua, pportionalis: aut horã remissiorem. s. in qua sentitur aliqua caloris remissio: vt in conclusa: vnde febris sanguinis lȝ non habeat exacerbationes de se: tamẽ habet aliquã remissionem in hora frigoris aeris. s. de mane: vt sumitur ex intentione ysaac febriũ 5°. ⁊ tunc celebramus phlebotomiã regulariter. hoc tamẽ supra disputauimus. ¶ Secundus cañ. sequit̃ ex illo: si enĩ debes eligere horas predictas opȝ: ꝙ non euacues: neqȝ phlebotomes in die paroxismi. i. stante paroxismo: ⁊ fm veritatem ille cañ. probat primũ: ⁊ totũ hoc est superius declaratum. ¶ Tertius cañ. est: ꝙ nõ euacues per euacuationẽ oppositam partiꝫ quã euacuat nãa: ⁊ innuit apho. Undecũqȝ natura repit: inde ducere opȝ ⁊c̃. Et verificat̃ in euõne p pharmaciã: vt si ducit nã per ventrẽ: noli puocare vomitũ ⁊ in euõne per phlebotomiã: vt si sanguinẽ euacuat p mẽstrua: non phlebotomes de brachio nisi alia intentio ⁊ alia necessitas cõcurreret: ⁊ sic verificat̃ in euõnibus alijs.

¶ Et non diminuas humorẽ per rem: que facit statim habitudinem motus periodi.

¶ Hic ponuntur cañ. spãles fm vnãquãqȝ euõnez: primo in euõne per pharmaciã. scðo p phlebotomiã. ibi scða. (Et cõsiliũ.) Prima in duas: sicut duos ponit cañ. pncipales. ibi scða. (Et scias.) Prima in duas. Primo ponit cañ. pncipalem vnum. scða ibi. (Et omnino.) ¶ Canon primus est: ꝙ non des medicinã solutiuã: que statim facit habitudinem motus. i. redditus periodi. i. paroxismi. Sunt enim medicine solutiue: que disponũt ad redditũ paroxismi: sicut scamonea: ⁊ ideo non purges in tertiana cũ illa sola: quia inflãmat ⁊ disponit ad paroxismum. consola igitur illã. Et si in febre esset paroxismus epilepsie: nõ purges cum re: cum qua sit virtus apij: qꝛ facit illã redire: ⁊ in phlegmatica febre a principio non purges cum chebulis qꝛ licet euacuẽt phlegma: tñ cõstringẽdo residuũ disponũt ad pᵒxismũ. Cõsimiliter mirabolani nigri in pncipio melancolice febris: ⁊ ideo forsan dixit nõ diminuas: qꝛ iste medicine nõ sic facerent habitudinẽ motus periodi in fine harũ egritudinũ: sicut in pncipio: in quo itendimus diminuere: ⁊ ꝗre vsum mirabolanoꝝ in pncipio harũ febrium Auic. phibuit.

¶ Et omnino caueatur a regimine grosso in hora periodi: ita vt non detur in potu aqua ordei zuccharum: neqȝ iulep: vt non frãgat periodũ cũ cõstrictione meatuũ: quoniã est timor: imo adiuua. Dicit namqȝ Hypo. medicus adiutor est nature: non impediens eam.

¶ Hic cañ. pbat premissuꝫ prius: si enim in hora paroxismi nõ debemus dare aquam ordei cum zuccharo: neqȝ iulep ergo multo minus non debemus dare medicinas solutiuas.

Questio. XLV.

Dubitatur vtrum stante paroxismo possumus dare aquã ordei ⁊ zuccharũ albuꝫ cũ aq̃ ordei: vel aqua ⁊ iulep. ¶ Uidetur ꝙ sic ex communi vsu. ¶ Amplius. Infestant̃ siti ⁊ calore forti quandoqȝ febricitantes: sed isti sunt potus temperãtes calorẽ. ¶ Amplius. De rebus mitigãtibus sitim est iulep: vt Auic. 3° cañ. fen. 16. tertij. cap. de cura colice pmo capº. ¶ Amplius. Quomodo dixit: ꝙ ille res sunt regimẽ grossum cuꝫ aqua ordei ⁊ iulep sint in numero subtilis diete. ¶ In contrariũ Aui. ¶ Dixit Mundinus ⁊ Franciscus de pedemontium: ꝙ illa prohibeantur in hora periodi. i. in principio paroxismi: sed in alijs temporibus non phibeant̃. ¶ Aliter dicenduꝫ primo: ꝙ per regimen grossum intelligit regimen cibale: ⁊ est sensus nõ detur cibus: siue potus in hora paroxismi: ⁊ est aphorismo hip. In paroxismis subtrahere opȝ. ¶ Secundo dicendum: ꝙ aqua ordei ⁊ zuccharum ⁊ iulep sunt de suma rerum cibalium: ideo etiã nõ debẽt dari. Cã autem quare stante paroxismo nõ debẽt illa dari est: qꝛ frangunt periodũ cũ cõstipatione meatuũ. i. qꝛ cõstringunt meatus. Hec autẽ fractio est inequalis accensio caliditatis: ⁊ plongatio accensionis: ⁊ per cõsequẽs prolongatio resolutionis materie. Nam cibus datus est causa: ꝙ natura vacet ꝯtra illum: ⁊ desistat a resolutione materie. Similr multiplicat materiam: qꝛ in illaꝫ cõuertitur. Accidit etiã ꝙ isti cibi trahũtur versus mẽbra inflãmata ⁊ opilant vias: ⁊ si bene cõsideras ex omni causa dicta opilant vias. Si enim calor reuertitur intus vt cibus digeratur: tunc prohibetur materierum paroxismaliũ resolutio: ⁊ fit viarũ clausio ex hoc. si materie etiã humorales multiplicantur: fit viaruꝫ clausio. Igitur nocumentũ regiminis grossi siue cibalis est frangere: siue rumpere processum periodi cuꝫ constrictione meatuũ. i. cum oppilatione: ⁊ talis fractio prolongat paroxismum. ¶ Considerandum tamen: ꝙ iste cañ. est regularis. sed coacti quãdoqȝ damus illa ⁊ alia. Huius coactionis cã quandoqȝ est complexio ⁊ habitudo corporis cholerica: que inducit ad cibandũ in pncipio paroxismi: vt Gal. x. terapeu. ⁊ in lib. de causis catarticis ⁊ in sequenti ca. Quandoqȝ est etiam in hoc causa accidẽs de casu virtutis: aut siti importabili ex forti flãma: ex quibus mouetur ad danduꝫ easque predictis cõueniunt. quãdoqȝ causa in hoc est paroxismi protellatio tanto tẽpore: ꝙ nulla sit hora: que non sit paroxismi. ergo eligimus minus incõuenientẽ horã elongando nos a principio paroxismi si possumus. ¶ Considerandum etiã ꝙ aqua ordei quãto grossior tanto incõuenientior in hora paroxismi: qꝛ tanto est cibalior. Posset aũt esse ita subtilis: ꝙ in ea esset parũ de virtute ordei ⁊ appropinquaret aque in sua virtute: ⁊ ideo posset cõcedi securius in hora paroxismi: ⁊ ideo Auic. dixit: nõ potat̃ in aqua ordei ⁊ zuccharo: quasi cõcedat aquã ordei subtilẽ: sed non cõcedat: ꝙ fiat cibalis cum zuccharo. ¶ Sed tu dices possum in hora paroxismi dare in potu de aqua simplici actu calida. ¶ Dicendũ ꝙ potes nisi aliud prohibeat ⁊ dico ꝙ potes in hoc: ꝙ non est res nutritiua: ⁊ est subtilis res: ⁊ cito euaporat: descendit: ⁊ iuuat actuali calore in maturatione materierũ: multa tamẽ quãtitas de ea potata posset nocere qꝛ retinet̃ intus ⁊ posset potẽtiali frigiditate eẽ causa grossitiei viscerũ ingrossando materias. ¶ Ad ꝯtraria dicẽdũ: ꝙ cõmunis vsus medicoꝝ cõdescendit lasciuijs febricitantium: ⁊ ideo est melius parum bis replere infirmũ: ⁊ intendere transpirationi materie: ⁊ ꝙ paroxismi finiantur q̃ʒ citius possibile est: qð fit aperiendo poros ⁊ nõ impediendo naturã Medicus autẽ est nature adiutor: vt dixit hip. hoc innuit pluries in apho. ¶ Ad vltimum dicendum: ꝙ licet iste sit dieta subtilis respectu totius morbi: tamen respectu paroxismi omnis res cibalis est grossa res.

¶ Et oportet vt scias: quod multotiens indigetur medicina forti debili: sed eius fortitudo est ex hoc: ꝙ soluit humorem viscosum: ⁊ ipsius quideꝫ debilitas est ex hoc: ꝙ facit assellare semel: aut bis. ¶ Et non euacuetur plurimum simul: ita vt non cadat virtus.

¶ Hic dicit canonẽ medicie minoratiue: que euacuat abscindendo frustum materie: quãuis non sit digesta: siue non sit perfecte digesta: sed sit viscosa difficilis eductionis.

Medicina enim que facit hoc est fortis vno modo: q: eua/cuat humorem difficilis eductionis: ⁊ ideo est turbith vel agaricus: vel collo quintida: sed est debilis: q: volumus ꝙ pa/rū de illo humore euacuet: vnde faciat assellare solū semel: aut bis: ⁊ ideo est vt. 3.i. turbith loquēdo in exemplo.

¶ Et cōsilium quidem meum in flōmia est vt di/mittatur quantū possibile est. ¶ Si autem non est possibile: tunc multiplicatio numeri est me/lior multiplicatione quantitatis: oportet enim vt non euacuetur sang. multum subito: quo/niam euacuatur multum de eo: cuius non est necessaria euacuatio. Questio. XLVI.

Hic canon habet dubium. Iam enim supra dixit Auicē. ꝙ cum phlebotomia postponi/tur a principio: nō est ei intentio. ¶ Amplius. Non videtur partienda in plures vices. imo vna vice copiose eam faci/mus: quādoq; vsq; ad syncopim: vt apparet infra capitulo de synocha. ¶ Dicendū ꝙ phlebotomia est duplex vna: in qua est intentio sanguinis: que fit in sanguinis peccato in quantitate: ⁊ si in qualitate parum fit peccatum: ⁊ de hac phlebotomia locutus est supra: ⁊ non loquitur de ea hic. Alia est phlebotomia: in qua est intentio aliorū humorum a sanguine: ⁊ est proprie cū sanguis de se in q̄ntitate nō super/fluit: nec proprie in qualitate peccat. sed alij humores in eo peccant. Unde si fiat phlebotomia sequuntur eum in exitu alij humores. De hac igitur phlebotomia Auic. hic loqui/tur: nec tibi absolute precipit: ꝙ eam dimittas: sed si possi/bile est ꝙ dimittatur. ¶ Et hoc quod mouit Auicen. fuit: stante casu posito in mente medici surgunt duo opposita iu/dicia. Unum est ꝙ phlebotomia fiat: q: alij humores qui sunt mixti cum sanguine: minuuntur minuto sanguine. Op/positum iudicium est ꝙ non fiat phlebotomia: q: nocet eua/cuando sanguinē: qui nō superfluit: ⁊ est impossibile ꝙ ista flōmia iuuet: quin noceat: ⁊ q: nocumentū qd̄ sequit̄ ex san/guinis euacuatione est nocumentū magnū. Considera si in/firmus sine flōmia potest liberari: ⁊ tunc consiliū Auicen. est ꝙ flōmia dimittatur. nec Auic. dicit illam postponi: sed dimitti si possibile est. Si autem in tuo iudicio cadit: ꝙ non possit dimitti: melius est eam partire in vices tibi visas q̄ semel copiosaʒ facere phlebotomiā. ¶ Et primo Auic. pro/bat: ꝙ si phlebotomia: in qua nō est intentio sanguinis: sed aliorum humorū intentio nō potest dimitti: non tamen fiat vna vice copiosa: sed multiplicetur numerus. ¶ Scd̄o pro/bat bonitatē sui consilij. s. ꝙ dimittatur si possibile est: idest non fiat si est possibile. ibi scd̄a. (Et non est.) ¶ Primo ar/guit sic. Non debet sanguis multus subito euacuari: igitur phlebotomia dicta nō debet vna vice fieri: sed expedit plu/ribus vicibus euacuari. Conclusionem iam posuit: antece/dens probat: q: si sanguis multus subito euacuetur. i. vna vice euacuetur multum de eo: cuius non est necessaria eua/cuatio: vt notum est: q: ista phlebotomia est: in qua non est intentio sanguinis. ¶ Considerandū autem: ꝙ Auicē. con/fidit de bonis intellectibus: ⁊ ideo ponit propositiones bre/ues: que oēs fundantur super hoc: ꝙ hic est sermo de phle/botomia: in qua est intentio aliorū humorū: ⁊ non principa/liter sanguinis. Manifestum enim est per se: ꝙ in phlebo/tomia: in qua est intentio sanguinis: vt sic non cadit dubie/tas: si est fienda: vel nō fienda: q: necessario est fienda: vt op/posita illi repletioni: ⁊ per consequens vt a repletione indi/catur: sed in phlebotomia: in qua non est talis intentio: sed aliorū humorū: statim cadit dubietas ex ipsa dispositione repletionis: q: partim potest sibi cōferre: ⁊ partim sibi ma/nifeste nocere: ⁊ ideo in hac phlebotomia cadit cōsiliatio. ¶ Et in hoc cōsilio non prohibet Auic. phlebotomiam: vt quidā ab Auicē. intelligunt: sed conditionatū consiliū dat: ⁊ est ꝙ stante casu posito non facias phlebotomiam: si est possibile aliter infirmū liberari. ¶ Igitur quandoq; nō est possibile: ⁊ per consequens quādoq; fac eam non vna vice euacuando: sed pluribus vicibus: vt ratio probat. ¶ Et cō/sidera: vt dicit Conciliator differentia. 61. Greci audaciores sunt ad phlebotomiam: q: eorū clima plus abundat in san/guine q̄ sint arabes: ⁊ ideo audacter in omni putrida pre/cipit Gal'. fieri phlebotomiam. xi. terapeu. quod dictuʒ su/pra exposuimus. ¶ Considerandū ꝙ littera ista potest du/pliciter exponi. ¶ Primo ꝙ probet predictuʒ antecedens vt diximus. ¶ Secūdo ꝙ probet phlebotomiā debere di/mitti quantū est possibile: nam talis phlebotomia euacuat multum. i. manifestam quantitatem sanguinis: cuius eua/cuatio non est necessaria: quia per se non peccat: vt premit/titur intelligi ab Auicen.

¶ Et non est in sanguine excusatio ad euacua/tiones: quibus fortasse indigetur.

¶ Hic probat: ꝙ phlebotomia dicta dimittatur quantū est possibile. ¶ Considerandū: ꝙ litera potest dupliciter expo/ni. Primo non potest excusari medicus: nec infirmus: quin indigeat sanguine: vt virtus stet fortis ad euacuationes: q/bus forte infirmus indigebit: iste autē euacuationes sunt: q: fortasse oportebit multū vti clysterijs multis sudoribus: ⁊ alijs euacuationibus insensibilibus. Dixit forte: q: possi/bile est: ꝙ cito sine istis succedat sanitas. Medicus tamen debet se sic parare: ꝙ vbi videt suspitionem de istis: ꝙ infir/mus possit sustinere eas: ⁊ si non sequatur ista suspitio: sed sine ea liberetur infirmus: non propterea inculpari debet. imo laudari: si se premuniuit ad hoc. Arguit igitur sic. Pre/sentiam sanguinis non possumus excusare ad euacuatio/nes: quibus indigemus. igitur bonum consilium est: ꝙ si est possibile dimittatur phlebotomia: antecedens est notū: q: virtute forti egemus in euacuationibus: igitur presentia sanguinis: in qua stat eius fortitudo: cōsequentia est nota. ¶ Aliquis tamen medicus rudis credens demōstrare cō/tra Auicē. diceret. Ille sanguis est infectus ⁊ corruptus: ⁊ cum eo non stabit virtus fortis contra nocumenta euacua/tionem. ¶ Respondet Auic. ⁊ si est: vt tu dicis ego nō pro/hibeo phlebotomiā: sed partieris eam. ¶ Secundo modo littera potest exponi. Euacuatio sanguinis per dictā phle/botomiaʒ non excusat te: qui oporteat facere alias euacua/tiones. ergo si potes flōmiam dimittere. dimitte eam: cōsequentia est nota ex hoc: q: si facta flōmia oportet dare medicinas so/lutiuas. opʒ virtutē esse fortē: vt diximus. ¶ Amplius. Cō/sidera ꝙ ille pharmacie: quas posterius dabis: poterunt li/berare hominē: quāuis flōmia non fit facta: antecedens est notum: q: ista febris: in qua datur hoc cōsilium de flōmia: est de materia alia a sanguine: in qua vt plurimū cogimur vti medicinis solutiuis. Dixit autē fortasse: q: possibile est crisi a natura facta liberari sine pharmaco aliquo soluti/uo. ¶ Posset aūt iste textus tertio modo exponi: ꝙ Auicē. velit hanc flōmiaʒ facere propter alios humores a sanguine maligniores. ¶ Unde oportebit plures pharmacias dare: q̄ si nō fecissemus flōmiā: ⁊ pōt tollerari hec expositio: ⁊ tu cōsidera eā ex capitulo de phlebotomia libro primo.

¶ Et debilitatur virtus a resistendo in crisibus expectatis.

¶ Hec est tertia ratio: vel scd̄a ad probanduʒ: ꝙ phleboto/mia dicta dimittatur quātum est possibile: q: debilitat vir/tutem: vt nō possit facere futuras crises: ⁊ est ratio nota ex premissis. Cessent igitur quorūdam expositiones super illo passu: qui dicunt: ꝙ Auicē. loquitur de phlebotomia in fe/bre: in qua crisis expectatur. Alij dicunt: ꝙ loquitur in fe/bre prolixa. Sunt enim expositiones valde particulares. ¶ Argumenta facta in contrarium sunt soluta.

¶ Et scias ꝙ quando aggregantur dolor capitis ⁊ febris: tunc curatio feb. est dignior. ¶ Et scias ꝙ dolor capitis quandoqꝫ facit redire febrem declinatam ad augmentū: quare oportet: vt sedetur.

¶ Hic exponit cañ. curationis febris putride considerando quedā accidētia: ⁊ quasdā cōiunctas dispōnes contra naturam: ⁊ etiā nāles: ⁊ sunt cañ. quatuor. ¶ Primus cañ. est: ꝙ si dolor capitis est leuis sequēs febrē in augmēto ⁊ diminutione: intētio fit ad febrē: ⁊ hoc itelligit qñ dicit: quando aggregatur dolor capitis ⁊ febris: dignior cura est febris: qꝛ premittatur cura febris: sed si dolor capitis sit vehemēs ita ꝙ febrem: que de sui nā remitteretur: faciat augeri per inflāmationem ⁊ ebullitionē: intende ad curā illius doloris principaliter. ¶ Unde aliquando opꝫ sedari stupefactiuo: ⁊ ideo forsan: dixit sedetur. Quomodo autem dolor faciat redire febrem: aut que sunt eius cause: ⁊ qui sit modus cure pendet ex scientia principiorum. Et curatur etiam dolor capitis infra in tertio libro fen. pma.

¶ Et cum infans lactens febricitat: tunc opꝫ vt rectificetur lac matris eius.

¶ Secundus cañ. est Ras. 16. continentis: qm̄ infantibus nō possumus alias medicinas: vel alias res exhibere nisi lac: quod ab vberē sugunt: ⁊ propter eorū conformitatem ad lac: nō timet nocumentū: qđ ponitur in aphoris. lxv. quinte particule aphoꝝ. Lac dare caput dolentibus: ⁊ ꝑpter hoc ne febris calorē corrumpatur in eis lac: rectificamus illud quātūcunqꝫ possumus dando nutrici lactucas: ⁊ vinū granatoꝝ: ⁊ vinum bene limphatum: ⁊ reliquū regimen facimus: qđ nobis videtur. Facimus autē nos quādoqꝫ infantibus aliquas vnctiones temperantes calorem in eis: ⁊ vtimur eis in horis: que nobis videtur.

¶ Et quādo fuerit vrina icterica in febre: significat apostema: quare est curatio dare in potu aquā ordei: aut syrupū acetosum. Cum ergo acquiescit febris: itentio fit ad apostema.

¶ Hic est tertius cañ. Questio. XLVII.

De quo dubitatur Si enim vrina est icterica. i. vehementer tincta cū spuma citrina: significat apā. ergo prius debemus itendere ad apā: cū febris inde depēdeat. ¶ Hic dixit Frāciscus de pedemontiū. ꝙ per apā intelligit oppilationē pori fellei euntis ad intestina: cuius oppilatione fit ictericia: ⁊ vrina icterica: ⁊ tunc primo debemus curare febrem. ¶ Hic sermo potest saluari: si loqueretur de oppilatione: ⁊ ictericia: accidētaliter cōiunctis febri. verbi gratia: qꝛ aliquis prius erat icteric⁹ ictericis sibi diu assueta: ⁊ modo febricitat nō propter cām ictericie: sed ex alia causa: cū ita fit: ꝙ isti sint duo morbi non adinuicē dependētes: ⁊ qa febris est suspectior morbus q̄ prima oppilatio: que est causa illius ictericie: ideo opꝫ incipere a cura febris: sed si illa febris sequeretur ex illa cholera: que propter oppilationē retinet: ⁊ pars fecerit ictericiā ⁊ pars febrem: oporteret intendere ad curā oppilationis prius: vt notū est. ¶ Alij dicūt: ꝙ sermo Aui. est hic de cura coacta: in qua licet febris sequatur ad apostema: tamē propter febris vehementiā intendimus prius ad febrem q̄ ad apostema: ⁊ hoc idem dixit Auicen. supra de rebus: in quibus differunt febres putride. Intēdens tamen Auicē. ad febrem intendit cū his: in quibus nō appropriatur nocumentū apostemati: sicut aqua ordei ⁊ syrupus acetosus: non enim sic nocet: vt faceret aqua pura: vt supra hoc caplo intellectū est. ¶ Aliter nos diximus: ꝙ sermo Auic. hic non est de apostemate: ad qđ sequitur febris: sed est sermo de dispositione quadā ad apostema: que dispositio cōcomitatur febrem ⁊ flāmā: qua epar inflāmatur forti inflāmatione significata per vrinā ictericam: vnde timetur tractus humoꝝ ad epar: ⁊ apostema: ideo opꝫ incipere a refrigeratione caloris febrilis: ⁊ de sedantibus est vsus aque ordei date copiose: vel vsus syrupi acetosi cum aqua sm̄ ꝙ tibi videtur: ⁊ tunc curata febre vel remissa: si in epate remansit aliqua dispositio caloris: de qua iterum dubitas ne excitet apostema: intende ad illam. ¶ Sed tu dices. Nōne stante febre possum ponere vnum epithima de sandalis super epar ⁊ excusor ab hoc timore. ¶ Dicendum ꝙ Auicen. considerauit. hic rectum ordinem cure: ⁊ cum hoc minus fallacem. Cum enim hic calor epatis: quo timetur apostema: sequatur ipsam flāmam febris vniuersalem: principalis eius cura ⁊ vera est illam flāmā remittere: que est sicut causa efficiens ⁊ postea venire ad illud: quod in epate est factum: ⁊ ex hac remissione non timetur nocumētum prohibitionis resolutionis materierum: quod potest timeri ex epithimate infrigidante epar.

¶ Et quādo fuerit cū febre cholica nō aperitur via in dando in potu aquā ordei: imo ius galli: ⁊ leni ius: ⁊ multiplica vnctuositatē ei⁹: deinde detur in potu aqua ordei si necesse fuerit.

¶ Hic est quartus cañ. Questio. XLVIII.

Dubitatur vtrū stante febre ⁊ cholica possumus vti aqua ordei: vel iure galli. ¶ Uidetur ꝙ aqua ordei per Auicē. tertio cañ. fen. 16. tracta. q̄rto. pmo caplo: vbi dicit. Si fuerit illic. s. cū colica febris: permutetur aqua galli: ⁊ loco ei⁹ fiat aqua ordei. ¶ Amplius. Ius galli habet de vnctuositate ⁊ precipue si multiplicatur in eo: vt precipit Auicē. sed in hoc est suspitio de inflammatione. ¶ In contrariū Auicē. qui dicit: ꝙ non aperiet via scꝫ intestinoꝝ: ⁊ sic non iuuabit colica dando in potu aquā ordei. imo ius galli. ¶ Amplius. In capitulo de aqua ordei Auicen. prohibet dari aquā ordei: cum additur nature siccitas: sed in colica est nature siccitas: vt est notū. igitur. ¶ Quidam dixerunt: ꝙ in colica non debet dari aqua ordei: quia est ventosa: ⁊ inflatiua: vnde auget colicam: sed datur ius galli. ¶ Alij dixerunt contrariū: ꝙ aqua ordei debet potari: ⁊ ius galli debet poni in clysteri. ¶ Quādoqꝫ nos diximus: ꝙ ius galli est duplex: quoddam simplex ⁊ istud potest dari stante febre: nec timetur de inflāmatione ex eo: qꝛ non est superflue vnctuositatis. Similiter remittit eius vnctuositatis malicia leniendo illud ius cū decoctione rerū lenientiū: vt sunt viole vel pruna: vel iuiube: si tibi videtur Auicē. tamen credit ꝙ ius galli sit de lubricātibus frigidis: vt apparet capitulo de colica ex fece: ⁊ in hoc vult ꝙ de sua vnctuositate non timeatur: ꝙ noceat per inflāmationem. Aliud est ius galli solutiuū per medicinas solutiuas secum mixtas: quales sunt polipodiū: cartamus: salgēma: ⁊ similia: ⁊ hoc non est securū in colica. Auicē. igitur in tertio libro loco iuris galli medicinalis dat aquā ordei cōfidens: ꝙ factis clysterijs sufficiat aqua ordei ad abstergendum. Hic loco clysterioꝝ premittit ius galli lenitiuum non medicinale: ⁊ facta fecum eductione dat postea aquā ordei: ⁊ vtraqꝫ via est sufficiens. ¶ Nos iterum diximus: ꝙ colica est duplex in febre. quedā est leuis: que fit ex communi exiccatione fecū circa intestina ratione caloris febrilis: que exiccatio alicui posset aliquē leuem colicam inducere: ⁊ illa poterit curari temperādo calorē cū aqua ordei: ⁊ lauando intestina cum aqua ordei: ⁊ sic loquitur Auicē. tertio cañ. predicto loco. ¶ Sed contra Auicen. infra capitulo de aqua ordei: prohibet aquam ordei fece existente sicca. siue materia sicca. ¶ Dicemus ꝙ si tibi videtur potes premittere clystere ante dationem aque ordei. Uel di-

cendum: ꝙ loquitur de aqua ordei: que est ptisana: que datur loco cibi: sed ante cibationem oportet intestina esse purgata: sed tertio libro loquit̃ de aqua ordei potabili: in qua est virtus abstersiua ordei: ⁊ non est quasi nutritiua nisi parum quid. ¶ Alia est cholica fortis ex forti oppilatione fecali: vel ventosa contingente in febre: ⁊ hanc non moueret aqua ordei: sed medicamen forte: quale est ius galli purum: vel medicinale: vt tibi videtur: ⁊ saltem fac ipsum lenitiuū: ⁊ multiplica eius vnctuositatem: ⁊ hoc fit vel decoquendo lenitiua in eo vt diximus: vel si multiplicas vnctuositatem facis in hoc ipsum: lenitiuum: ⁊ multiplicatur eius vnctuositas accipiendo gallum pinguiorē: vel dando de iure partem vnctuosiorem: ⁊ hoc totum facit Auicen. intendendo ad colicam: que cū sit fortis preiudicat in cura: ⁊ si parum per nocemus febri: per hoc non curamus considerata malitia colice. Et hoc est: quod Auicen. dicit. Quando fuerit cum febre colica: scilicet fortis non aperietur via. s. intestinorum cum leuibus: neqꝫ dando in potu aquam ordei: qa non est eius abstersio: ⁊ lenitio fortis in abscindendo fortē oppilationem ab exiccatis fecibus: ⁊ ingrossatis ventositatibus: imo aperietur via dando in potu ius galli: ⁊ lenitiuis. i. fac ius lenitiuum ⁊ multiplica eius vnctuositatem: vt fortis siccitas fecum remoueatur. deinde detur in potu aqua ordei si necesse fuerit: aperta enim via per ius galli: si videtur ꝙ inflāmatio addat̃ per ius galli: vt indigeat aqua ordei fac illud. ¶ Et hec solutio est ɔformis illi: quā alias dedimus. Diximus enim: ꝙ si intentio est ad febrem: plus detur aqua ordei: ⁊ si ad colicā plus detur ius galli. ¶ In hoc igitur capitulo plus intendit ad colicam q̄ȝ ad febrem: quia colica hic est accidens: quod curā ad se trahit: ⁊ in capitulo de colica intendit plus ad febrem: quia est accidens colice quod curam ad se diuertit.

¶ De solutiuis vero est potio facta ex tamarindis: ⁊ tereniabin: ⁊ syracost. Et qñqꝫ ponitur in ea aqua lubleb: ⁊ quādoqꝫ ponitur in ea casi. fi. ⁊ fortasse proijcitur desuper scamonea.

¶ Iam positi sunt cañ. vniuersales curationis febrium humoralium ⁊ proprie putridarum. ¶ Hic ponit medicinas: quibus euacuamus hos febricitantes. Et posuit has medicinas: qꝛ suspectior est vsus solutiuoꝝ: ⁊ securius est eoꝝ sciam ab alijs accipere. ¶ Licet igit̃ in febre putrida quādoqꝫ intentio sit ad febrem infrigidando: ⁊ humectando: cum res infrigidantes ⁊ humectantes note sint: ⁊ in earuꝫ vsu non est tantus timor quare Auicen. excusatur a ponendo illas medicinas: ⁊ dimittit eas notas ex scđo cañ. ⁊ quarto cañ. Et de ifrigidante: in quo erat timor. s. frigida aqua iam posuit cañ. ⁊ cum hoc dixit de syrupo violato: licet positum fuerit ad leniendum: licet etiam sit intentio ad materiam digerendaꝫ: vult illa digestiua esse nota ex eisdem libris ⁊ capitulis particularibus huius libri: vbi ponet digestiua ꝭm diuersitatem materierum. Digestiuum autem cōmune: vel quasi cōmune iam posuit. s. syrupum acetosum. Remanebat igitur Auice. ponere medicinas solutiuas: quas ⁊ ꝭm materias oportet appropriare: ⁊ stabit hec pars tibi loco antidotarij huic capitulo quantū ad partem eius. Laborati autem quādoqꝫ in diuidendo has partes: sed videtur mihi dicere melius: ꝙ hꝫ tot partes quot habet medicinas solutiuas. ¶ Prima medicina fit ex tamarindis ⁊ manna: que dicitur tereniabin: ⁊ alia est species māne: que dicitur syracost. Et considera: ꝙ hec medicina potest dari in quantitate pauca: ⁊ tunc est lenitiua solum: ⁊ facit minorationē: que vocatur exiccatio ⁊ cōuenire potest in qualibet febre: in qua vis lenire intestina: ⁊ potest dari in quātitate copiosiori. verbi gratia: tamarindorum. ℥. i. māne: ⁊ manna. ana. ℥. s. ⁊ tunc euacuat cholerā a proprietate: ⁊ conuenit in febribus cholericis: in quibus vis euacuare cholerā. Igitur illa medicina solutiua satisfacit cañ. qui precesserunt in lenificatiōe ventris: ⁊ cañ. qui precesserunt in euacuatione materie ꝭm semitā abscissionis. s. minoratiue. Si ergo vis hanc medicinam fortiorē adde lubleb. ⁊ est vna de speciebus lacticinij: ⁊ est minor species ei⁹: ⁊ dicit Simon: ꝙ est de facilioribus laxatiuis: ⁊ datur in febre acuta: ⁊ reperitur eius multitudo in vineis. Nos autem non confidimus cognoscere illam. vigoramus etiam per cassiam: que qualis sit notum est. ¶ Et fortasse. Hec est vigoratio fortis. Si igitur vis abscindere eradicando: vel minorando: ⁊ non cōfidas ꝙ cholera obediat tamarindis: vel alicui predictorum da de scamonea.

¶ Et fortasse dat̃ i potu scamōea sola i lubleb.

¶ Hec est secunda medicina: licet possit poni quinta si numeramus predictas numero quattuor medicinarū sed de hoc non curamus. Dat ergo Auicē. sicut etiaꝫ Ras. facit de scamonea in iulep. Dosis eius sit in ter: ⁊ est medicina: qua in casibus supradictis possumus: vti in principio: vt si materia est furiosa: aut plurima mobilis.

¶ Et fortasse est necessarium administrare: ea que sunt sicut aloes: quando materia est grossa. Et melius quidem est: vt abluatur: ⁊ nutriatur cum aqua endiuie: ⁊ aqua solatri: deinde fiant ex eo pillule.

Dubitatur de hoc casu. q: contrariaruꝫ dispositionum: regimina debent esse contraria. Si ergo vnus nō toleraret esse sine cibo, alter deꝫ tolerare. ¶ Amplius. Calor innatus debilis parum resoluit. ergo toleraret eē absqꝫ cibo. ¶ Amplius. Senes facilr̄ ferunt ieiunium. ⁊ tamen habent calidum debile. ¶ Rursus calor multus ostendit multam sanguinis copiam: ⁊ talis tolerat esse absqꝫ cibo. ¶ Dicendum ꝙ Auicē. intelligit per istos pueros ⁊ decrepitos, pueros: quorum calor est fortis scꝫ in qualitate, aut plurimus: scilicet in quantitate. ⁊ dicit hoc propter diuersitatem opinantium in complexione pueri ⁊ iuuenis: vel per hoc ꝙ dicit fortis itelligit corpora cholerica. vel dixit fortis in actione. ⁊ plurimus in forma: vel dicit fortis quoad iuuenes, plurimus quoad pueros. Uidetur tamen ꝙ idem velit per fortis ⁊ plurimus: q: vnum sibi opponit cum dixit: debile. quomodocunqꝫ ergo noster sermo exponatur est notus. per hoc autem quod dixit. aut calor innatus est valde debilis: intellexit decrepitos ⁊ non primos senes. ⁊ sic cessat argumentum penultimū. ¶ Dicamus ergo ꝙ pueri qui habent calidum multum resolubile non possunt dimittere, cibum vt dixit aphori. Hippo. Decrepiti autem sunt sicut lucerna extinctioni parata. ⁊ iō non possunt dimittere cibum: sed in vtrisqꝫ est diuersitas in posse dimittere cibum: quia decrepiti indigent pauco et frequenti. sed pueri indigent pluri cibo ⁊ cum hoc etiam frequenti. ¶ Ad primum dicenduꝫ ꝙ contrarie dispositiones in eo in quo sunt contrarie indigent regimine contrario. Plurimus enim calor: q: plus digere potest: plus cibū indicat q̄ꝫ paucus. ⁊ sic pueri ⁊ iuuenes plus cibi indicant q̄ꝫ decrepiti. Sed in quo conueniunt, etiam in regimine cōueniunt. Uterqꝫ enim est extinctioni paratus, nec non consumptioni: plurimus eniꝫ calor pueri per resolutionē: paucus vero decrepiti per viam extinctionis. ergo vtrisqꝫ cito subueniendum est cum cibo. ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ licet calor debilis decrepiti parū resoluat. Si tamen sue parue resolutioni non succurratur: cito extinguitur nō habens ab intrinseco humidum conueniens vnctuosuꝫ, quo sustenteur. Hic tamen esset locus speculationis. ¶ Ad vltimū dōm, ꝙ multus sanguis resolubilis idicat cibū dari.

¶ Et de eis sunt quibus accidit dolor ⁊ lesio in stomacho ⁊ dolor capitis propter cōitatem: ⁊ isti sunt de hoc genere. Et istis fortasse sufficit aqua ordei: ⁊ fortasse egent vt misceant succuꝫ granatorum ⁊ similia illi: vt confortetur os stomachi. Et quandoqꝫ est nobis necessarium, vt faciamus eos vomere cum facilitate ante cibum. Et in plurimis istorum si debilitantur: et proprie si superuenit eis syncopis: causa non est vehementia debilitatis: imo effusio materiei ad os stomachi. Quum ergo summunt in potu syrupum acetosum permixtuꝫ cuꝫ aqua calida multa: aut vinū permixtuꝫ cū aqua multa euomunt in vomitu humores cholericos: ⁊ virtus eorum fit fortis. Quūqꝫ cibantur aliquo robub stipticorum sedantur.

¶ Hic est casū. cibationis sm quandam dispositioneꝫ stomachi. ¶ Considerandum ꝙ homines quidam sunt infelices ex generatione: in q̄bus cholera fluit ad os stomachi qualibet leui causa omni die. de quibus Gal'. loquitur i techni trac. 2. ⁊ secundo capitulo de complexionibus: ⁊ secundo regiminis acuto. cōmento, 29. Cum ergo sit aliquis homo, cui statim inchoante paroxismo cholera fluit ad os stomachi: sequitur ex hoc dolor stomachi ⁊ dolor capitis, ⁊ multis ex eis syncopis: ⁊ hoc est quod dixit de eis. s. cholericis ⁊ istis sunt de hoc genere, sciꝫ non tolerantium esse absqꝫ cibo, vel de genere corporum. que requirunt regimen diuersum ab eo: quod diximus. vnde cogimur cibare añ paroxismum, vel in principio paroxismi. vel in aliqua hora paroxismi. ¶ Considerandum secundo, ꝙ dispositio horū corporum ⁊ superius dictoruꝫ differt: q: illis periclitantur via resolutionis ⁊ arefactionis: liꝫ tamen cuꝫ hoc alicui eorum posset effundi cholera ad stomachum ⁊ facere syncopiꝫ. vnde dixit ibi fortasse superuenit ⁊c̄. sed isti: de quibus hic loquitur vt contra distinguuntur illis, periclitantur et male disponuntur syncopi dolore capitis ⁊ similibus accidentibus stomachalibus propter cholere effusionē ad stomachum: ⁊ non est causa in hoc debilitas per viam resolutionis: ⁊ debilitas sequens ex hoc. ⁊ iō non opꝫ ꝙ sint cholericissimi, vel cholerici habitudine. ⁊ ideo dixit Auič. Si superuenit eis syncopis causa non est vehementia debilitatis virtutis. immo effusio cholere ad os stomachi. Sꝫ posset contingere in isto etiam syncopis per viam debilitatis ⁊ resolutionis. Et ideo dixit. ⁊ in plurimis. ¶ Ex quibus apperet. ꝙ cibatio etiam differt. Dicti eni superius debēt cibari cibo nutritiuo ⁊ humectatiuo. verbi gratia. ptysana hordei ⁊ aliis, si tibi videtur. Et potest dari vinum etiam ante paroxismum vt innuit Gal'. in libro de causis procatarticis: sed isti qui sola percursione ad stomachuꝫ ipsius cholere habent hec accidentia. cibentur ante paroxismum cir

bis medicinalibus refrenantibus cholere audet iam: ⁊ et confortantibus os stomachi vt vino granatorũ vel syrupo acetoso: ⁊ cũ euomuerint cũ eis confortamus postea cuꝫ aliquo stiptico. vt rob de agresta vt scitur ex 3° can. sen. 13ª. Et cuꝫ dispositio est mixta. s. q corpora sunt cholerica sicca resolubilia: ⁊ q cholera intẽditur ⁊ timetur de fluxu ad stõm damus cibaria mixte virtutis. s. nutritiua confortatiua ⁊ repressiua acuitatis cholere: ⁊ qꝛ suspicandum, q multũ ita fit. Et ideo Gal'. cũ tali forma cibationis processit. ⁊ Aui. hoc idẽ innuit cũ dicit. Nõ sufficere aquã ordeaceã nõ sufficere vinum granatorum ministrari: modo dare syrupum acetosuꝫ. modo permixtum cum multa aqua. ⁊ scias hec.

¶ Et senes quidem ⁊ debiles ⁊ infantes sunt de genere eorum: qui non tollerant famem. De primis vero senibus sunt: qui non sunt vehementis tollerantie famis: ⁊ sequuntur eos adolescentes: ⁊ proprie habentes solida membra: amplas venas in aere frigido.

¶ Modo ponit can. cibationis ꝫm etates. Et ꝑ hoc. Scdo errores docet euitari. ibi 2°. (Et multotiens.) Et lꝫ can. superius positus fuerit applicatus ad etatẽ: hic tñ can. expressior est ⁊ declarãs illũ. ⁊ forsan q illi sermones poterãt adaptari ad dispõnes etatũ: ⁊ ad dispõnes siles illis: qñ nõ essent ex etate: sꝫ ex egritudine alia vel alia ꝑticulari dispõne huius hois. Et diceretur, ois cuius calor nãlis est debilis valde: vt decrepitoꝝ, aut plurimus valde vt puerorũ, siue hoc sit etate, siue alia dispõne non põt dimittere cibũ: ⁊ sic iste can. q hic scribit est solũ de etatibus vel est manifestius de etatib9: qꝛ parũper ad aliqd extra etatẽ ampliauit can. cũ dixit. ⁊ debiles. i. decrepitis similes. vt cõualescentes ex morbo valde resolutiuo ⁊c̃. De ꝑmis vero senibus est apho. Senes facillime ⁊c̃. ⁊ sequũtur eos. s. senes in hoc, q est tollerare famẽ adolescentes. ¶ Cõtra imo iuuenes. ¶ Dõm, q per adolescẽtes intelligit iuuenes ⁊ adolescentes. Adolescentia. n. iuuentutẽ significat: vt Cõciliator diff. 124. ⁊ ꝓprie. s. primi senes, q facillime ferũt ieiuniũ sunt habẽtes solida membra: qꝛ defẽsa prohibita a resolõne amplas venas. s. ex multa mã ꝯtẽta: nõ tñ multo calo resoluẽte: ⁊ ampliãte in aere frigido ⁊c̃. ⁊ ꝓprie. s. adolescẽtes q sequunt in tollerãdo famẽ ⁊c̃. Rasis ꝯo. 17. ꝯtinẽtis 4° ca. vñ Aui. accepit istuꝫ passum sic dicit. Illi q sunt debilis virtutis sicut decrepiti. ⁊ multe dissolutionis vt pueri, non pñt abstinere a cibo. ⁊ post hoc illi q sunt in vltimo iuuẽtutis: maxime cũ eoꝝ corpora sunt duri, tactus pauce dissolõnis, ⁊ largi poris ⁊ assueti aere frido: ⁊ regimine grosso ante morbum.

¶ Et multotiens quideꝫ errat medicus in huiusmodi egrotis ꝫm alium modum: quoniam ipse prohibet eis cibum in principio rei ⁊ quando appropinquat status ⁊ sciunt q cadit virtus: cibant in illa hora necessario. Jam vero ergo errauerunt duobus modis.

¶ Hic ponit errorem, qui accidit, vt illũ euites. Scdo ostendit nocumenta, que ex illo errore sunt. ibi 2°. (Et accidit.) ¶ Consideradũ, q ille error aduenit multũ medicis ⁊ frequenter. Ab ipso. n. ꝑn° ꝯtenti can. superius posito. Et cum ambigua ⁊c̃. subtiliãt plus q̃ꝫ ꝯueniat. vñ cogũtur in statu vel prope ingrossare. ⁊ hoc tota die accidit. ¶ Cõsiderãdũ 2°, q dixit ꝫm alium modũ. Multis. n. modis põt in cibatione cadere error preter istũ errorem. ergo iste est alius: ⁊ fuit vnus illoꝝ qui cibant ⁊ cõfortant in febre acuta. ⁊ iste est alius ab illo. Silr fuit vnus non cibare cholericissimos ante paroxismum, ⁊ iste est alius error. ¶ Cõsiderandum tertio, q iam errauerant duobus modis: vnus fuit, qꝛ debebat in ꝑn° cibare grossius: ⁊ nõ cibauit. alius est qa debebat in statu cibare subtilius, ⁊ cibauit grossius.

¶ Et si ipsi cibarant eos in principio: esset error ille: ⁊ ignorantia in hunc errorem.

¶ Et si ipsi. Cõtra qa cibasse eos in ꝑncipio nõ fuisset error. ¶ Dõm q ois cibatio in febre mãli includit aliquid erroris, vt diximus supra apho. particu. 7ª. Cibũ quẽ accipiũt febricitantes sanis est virtus: sed in ꝑn°. est minor error q̃ꝫ in statu vll. vt iam apparuit. ¶ Uel dõm etsi cibarent eos. s. grossius q̃ꝫ debent in ꝑn°, vt error ingrossationis vltra debitum sit tollerabilior in ꝑncipio q̃ꝫ in statu totius morbi: ⁊ his potes multa afferre de dictis 2° regi. acu.

¶ Et accidit istis egris vt accidant eis catarri nauseatiui: ⁊ cholerici: ⁊ vigiliatiui propter resolutionem ⁊ priuationem digestionis: ⁊ inquieti fiunt ⁊ alleuiantur ⁊ coarctantur materie: ⁊ virtutes eorum ⁊ multiplicantur ipsoruꝫ vapores: quare audiunt id quod non est: ⁊ tremunt: ⁊ citantur: vel saliunt: ⁊ permutantur in lectis: ⁊ imaginantur quod non est: ⁊ tremunt vel saliunt labia eorum inferiora propter dolorem oris stomachi ⁊ contristantur anime eorũ propter grauitatem materiei.

¶ Et accidit istis. s. qui non cibantur in ꝑn°: ⁊ postea subito replentur in statu: vt accidant eis catarri ⁊c̃. ⁊ totus ille sermo est Hippo. 2° reg. acu. illo paragrapho. Multotiẽs autem a capite crudi de genere cholere. Et Cõmẽtator ibidẽ perfecte assignat cãm hoꝝ accidentiuꝫ videlicet catarri. i. cursus acuti materierũ calidarũ: ⁊ hoc fit tẽpore abstinẽtie superflue propter inflãmationem. ⁊ tempore etiã superflue repletionis in statu: qꝛ cibaria corrũpuntur. vñ materie cadentes ⁊ fluentes in stomachum nauseam faciunt. Uigilatiui, qꝛ vigilant cum eis tam inaniti prius q̃ꝫ repleti post ꝓpter resolutionem. s. multorum vaporum ad caput ascẽdentium. vel resolutionem ex fame precedenti. Et priuationeꝫ digõnis cibi: cũ replẽtur versus statũ: ⁊ inquieti fiunt: ⁊ reuoluũtur tam in tempore inanitionis superflue q̃ꝫ repletionis. Alienantur propter vapores ad caput ascendentes in vtroq̃ꝫ tẽpore. coarctãtur mãe tempore repletionis: qꝛ natura nõ vacat ad illarum digõneꝫ ⁊ expulsionẽ, ⁊ tẽpore famis: si debeãt cibari ꝓpter debilitatẽ ex resolutione virtutis coarctãtur: quando debilitantur ex resolutione vel aggrauatione multiplicant ⁊c̃. Et reliqua sunt nota. ⁊ tu adiungas hic sermones Gal'. in cõmento predicto.

¶ Supra capitulũ de cibatione febrium. Cap. II.

Supra quod scias, q dieta tenuissima hodiernis tẽporibus raro cõcedit rõne debilitatis virtutis. quare Hip. in ꝑ apho. dixit. In tenuibus dietis ⁊c̃. etiaꝫ quicquid acciderit, de morte imputatur medico.

¶ Cibaria vel nutrimenta, que possunt administrari patiẽti sunt ista. primo zuccharum ro. habenti ventrem lassum. vel zuccharum vio. in habentibus ventrem cõstipatuꝫ: qđ sic fit. ℞. conserue ro. vel vio. ℥. i. panis zuc. fini. ℥. ij. primo ponitur. ℥. i. zuc. in fractorio ligneo ⁊ ibidẽ subtiliter cõteritur: ⁊ postea ponit cõserua ⁊ miscetur cuꝫ. i. ℥. zuc. ⁊ postquã bene cõmixta sunt: superponatur alia. ℥. zuc. que grosso° teritur finaliter cum ꝑma, ⁊ misceatur: ⁊ cum valde modica quãtitate aque ro. superaspergẽdo aromatizetur. In pixide lata ponatur ⁊ detur vsui vnum coclear istius confecti. cum. iij. vel. iiij. ℥. aque bullite infrigidate.

¶ Alio modo potest dari malum granatum: qđ si acetosum fuerit lauetur ꝑmo cũ duplici aqua: ⁊ si sit valde acetosum

laua cũ aqua tepi. ne noceat pectoralibus per febres exiccatios: ⁊ vt non causet tussim: ⁊ postea debet superaspergi zuccharum abiecta aqua. postea debes administrare coclea .i. vel .ij. Qꝫ si malum granatum sit dulce sufficit ꝙ semel lauetur cum aqua frigida: ⁊ superaddatur minus de zuccharo. Sed si muzum fuerit malũ granatũ: lauetur semel cum aqua tepi. ⁊ sup: raspergatur modicum de zuccharo.

¶ Item tertio potest administrari medulla panis furfurei: si venter sit ꝯstipatus. si vẽter sit lassus, debet bis ter vel quater cum aqua bulita vel refrigerata lauari: ⁊ postea potest administrari .i. vel .ij. vel .iij. coclearia ſm ꝙ magis vel minus volueris seu magis vis nutrire, ⁊ bibere. postea parũ de aqua bulita.

¶ Item quarto põt administrari cibus de ordeo, qui est duplex. alius qui vocatur ptisana. alius qui vocatur ordeatũ. Nota ꝙ ptisana alia est: que est pauci ord. ⁊ sic fit. ℞. ordei part. i. aque part. xx. bulliant quousqꝫ remaneant. part. v. aque: ⁊ dꝫ ministrari frigida nisi sit impediẽs: vt oppilatio ⁊ strictura partiũ pectoris. tunc enim tepide administretur. vbi sciendũ, ꝙ si volumus formaliter abstergere in mundificatione: debꝫ esse or. depilatum ⁊ mundum a cortice suo. ¶ Item nota ꝙ ptisana potest fieri multipliciter. p̃ modo buliendo in ampho. que quãto est tenuior tãto melius bullietur ⁊ cum minori periculo. Caueatur tamen vt amphora successiue trahatur facta ebullitione, in principio: ⁊ tunc bene obturetur. 2° in lari buliendo vel in furno, vbi coquitur panis. ¶ Item tertio põt fieri in duplici vase. vt ꝙ ampho. in qua est aqua ⁊ or. ponatur in cacabo pleno aque: ⁊ fiat ignis sub cacabo. sicut superius diximus docendo fieri aquam carnis. ¶ Itẽ nota ꝙ ptisana est duplex: qꝛ alia est simplex: ⁊ fit sicut diximus: ⁊ alia est composita ⁊ fit cũ predictis additis: ⁊ alia est appropriata morbo vt si sit strictura pectoris vel tussis additur liquiritia rasa conquassata vel capilli ve. vel vue passe, vel ficus sicce. si sit oppilatio in splene, radix cappa. scolopen. dicorea. Si volumus ꝙ sit prouocatiua vrine: quando est quasi cocta admiscendo dicera ru. ⁊ fructus, vt sunt iniube ⁊ sebesten.

¶ Item quinto potest fieri ordeatũ tripliciter. primo sic. ℞. or. mundatũ: qd lauetur in aqua fortiter terendo: etsi aliqd supernatat abijciatur: ⁊ ponatur ad temperãdum in aqua tepida tota nocte: ⁊ in crastino coletur ab illa aqua: ⁊ ponatur ad buliendum in alia: ⁊ buliat vsquequo crepare incipiat: ⁊ iterum coletur ⁊ ponatur in mortario: in quo fortiter teratur: ⁊ cum pauco lacte amigdalarum. dissoluatur ⁊ coletur comprimendo per stamineam: ⁊ addito lacte amigdalarum quar. s. superponatur igni, ⁊ buliat fortiter: sicut si eẽt bos cõtinue agitando ne aduratur: ⁊ postea ponatur in parapside: ⁊ superaspergatur zuc. parũ. maxime vbi est oppilatio. ⁊ vbi patiens est choiericus: qꝛ parum zuc. vel nihil sufficit eis. ⁊ illud ꝑpter appellabitur chist or. i. succus or.

¶ Item secundo potest fieri ordeatum aliter. ℞. or. mũdati ablu. vt prius. q. s. vt quar. i. vel plus ſm quantitatẽ: quã vis facere. ponatur in aqua tepi. ⁊ temperetur tota nocte. ⁊ coletur in mane. ⁊ buliat in alia aqua quousqꝫ bene crepauerit: ⁊ postea coletur ⁊ ponatur ad coquendum cũ lacte amigda. quar. s. continue agitando. ⁊ buliat fortiter: ⁊ istud vocatur ordeaceum coctum vel ordeaceum integrũ: ⁊ superposito zuc. vt supra dictum est: detur. ¶ Item tertio potest fieri aliter. ℞. or. integrum cum corti. in quantitate bona: que tibi videtur. ⁊ ponatur in molendino. ⁊ fiat farina: que purgetur a furfu. cum setaceo: ⁊ postea farina subtilis ponatur in pastillo siue quocunqꝫ alio vase, ⁊ ponatur in furno vbi stet quãdiu panis stabit in coquẽdo. ⁊ postea abijciatur: ⁊ farina ista in pixide vel sacculo vsui seruetur.

¶ Item quando esset necessitas capiatur quantitas sufficiens: ⁊ coquatur cum lacte amigda.

¶ Item sexto potest fieri auenatum. Et fit dupliciter. primo sic. ℞. auenam purgatã a corticibus ſm ꝙ vis, ⁊ lauetur in aqua tepi. postea fac eam bulire quousqꝫ incipiat crepare: ⁊ cola eam, ⁊ pone in mortario pistando cũ lacte amig. postea cola per stamineam: ⁊ postea colata: iterũ adde de lacte amigda. ⁊ coquatur continue agitando vsqꝫ ad spissitudinem mediocrem. ministretur cum zuc. vt supra dictum est. Alio modo fit sicut ordeaceum secundo modo dictum.

¶ Item septimo põt fieri cibus de furfu. quod vocatur borreanima. ℞. subtilis furfu. frumenti: ita ꝙ furfur remanserit pinguis: ⁊ non omnino mundatũ a farina. ⁊ illud furfur sumatur cũ farina postq̃ semel mũdata est a furfu. grosso. ⁊ ponatur ad tẽperandũ in aqua tepida anteq̃ coquatur. ⁊ postquam residentiã fecit aqua plane abijciatur. ⁊ qd residẽdo manet cũ lacte amig. quar. s. coquitur vsqꝫ ad spissitudinem mediocrem: ⁊ postea administretur cũ zuccharo: vt supra dictum est. Nota ꝙ si patiens abhorret ista cibaria: qꝛ sunt dulcia ratione lactis: poterit aspergere zuccharum ⁊ grana granatorum prius abluta. vt dictum est.

¶ Itẽ octauo fit cibus de oleribus. ℞. spinachie. borag. buglo. attripl. ⁊ alia appropriata: vt dictũ est supra cap̃ de cura fe. pu. in gñali. ⁊ electa mũdata bulliant prius. ⁊ postea colentur colata ꝯtũdãtur minutiꝫ. deinde cũ lacte amig. coquitur ꝯtinue mouẽdo. ⁊ administra cũ zuc. Qꝫ si patiẽs nõ diligit. qꝛ dulce: infundatur ibi pa℞ ace. vel vini granatorum.

¶ Itẽꝫ nono potest fieri cibus: de cucurbita qui sic fit. ℞. cucur. rasam ab extra, antequã semen emiserit perfecte: ⁊ frustatim incidas. ⁊ postea buliant cum pauca aquã. ij. vndis ⁊ coletur. ⁊ colata fortiter exprimatur inter duo incisoria: ⁊ postea subtiliter ꝯtũdatur. ⁊ ꝯtusa ponatur ad coquẽdũ cum lacte amig. ꝯtinue agitetur buliendo. ⁊ nõ indiget tanto lacte: sicut alia cibaria. ⁊ detur, ꝙ si rõne dulcedinis abhorretur detur cũ granis granato. vel cum suc. vue acerbe nouiter expresse, vel suc. grisomiliorum. s. vue vrsine.

¶ Itẽ decimo potest fieri cibus cũ amido. que cibaria non laudo in feb. pu. maxime ventre constipato: etsi dulcoretur fluxus ventris bene. ⁊ vbi indigetur nutrire multum. ⁊ sic fit. ℞. amidum quantũ vis. dissoluatur ⁊ in aqua tepida. ⁊ permittatur residere. ⁊ postea aqua supernatãs abijciatur tota: ⁊ qd residet ponatur ad coquendũ cũ lacte amig. ꝯtinue agitãdo. coq̃tur ⁊ detur cũ zuc. vel granis granatorum.

¶ Item vndecimo fit cibus cum simila. ⁊ dicitur simila. i. semimolita: fit enim de granis semimolitis. i. de granis frumenti: non bene moliti. ℞. frumenti electi quãtum vis. ponatur in molendino: quod non totaliter perfecte molatur: sed granum per medium diuidatur. ita ꝙ pars frumẽti aliqua remaneat integra. postea farina abijciatur iterum per setacium grassum: ⁊ quod transit per tale setacium vocatur simila, que sic paratur: primo lauatur cum. 8. vel. 9. aq̃ ita ꝙ partes terre, que de molendino ingresse sunt, abijciãtur. postea coquatur cum lacte amigda. continue agitando. ⁊ ministra cum zuccharo vel cum granis gran. i. pulmentum seu brodium.

¶ Itẽꝫ duodecimo fiant pureta de prima aqua decoc. leguminum ⁊ spãliter cicerũ ru. in partibus frigidis, vel pisorũ in partibus ca. que pureta est duplex. vna est simplex, que sic fit. ℞. prime decoct. leguminum quantum vis: ⁊ butyrũ recentis quantum sufficit: vbi se. non est: ⁊ olei vbi etiã se. est acreste quantum sufficit: detur egro. ¶ Alia est composita, que sic fit. ℞. aque predicte quantum vis. ⁊ adde aromata, vt petroselinum, sambucum, maioranam, saluiam. hysopum, ciminum pulueriȥatum ȥinȥib. crocum, vel alia que vis. buliant iterum inunda: ⁊ quando dissoluentur ab igne. conde cum oleo vel butyro, vel acreste, racem, vel grisomilis. ⁊ detur.

¶ Item decimotertio fit cibus de amigda. qui est quadruplex vnus fit cum aqua frigida, vt. ℞. amigda. excor. quãtum vis. terantur fortiter ⁊ dissoluantur cũ aqua frigida. ⁊ coletur

⁊ colletur exprimendo per pannum album: vel staminearũ. ⁊ illud nõ approbo rõne aque frigide: que opilat. ¶ Alius fit eodem modo cũ aqua bullita: ⁊ illud magis approbo. dũmodo non steterit diu factum. ⁊ in febribus non debet dimitti per spatium antequã detur: ⁊ vnctuositas que supernatat: debet cum penna: plũmã superducendo remoueri. ⁊ postea ministrari: qꝛ omne oleaginosũ est vnctuosũ. ⁊ omne vnctuosum sicut augmentat ignem. ita augmentat calorem febrilẽ. ¶ Alius fit. ℞. amigda. excorti. lib. i. vel plus ponatur in mortario. ⁊ dissoluatur cũ modica aqua prius bullita: ⁊ terantur for^(ti)^(ter): ⁊ post per stamineam coletur fortiter: taliter ꝙ id ꝙ inde manabit sit spissum: vt butyrum: vel caseus recens: ⁊ ille cibus ponitur super iuncos rotundos: vt quod subtile est coletur: ⁊ ille non est cibus pauperum: ⁊ vocatur butyrum amigda. ¶ Alius potest fieri cibus de amigdalis. ⁊ sic fit. primo bulliaꝛ aqua. ⁊ cũ ea dissoluantur amigda. excorticate dulces. ⁊ postea coletur ⁊ addatur petrosilium incisum: ⁊ alia de appropriatis superius dictis in principio. vel similibus. bulliaꝛ quousqꝫ incipiat inspissari vel ingrossari. ⁊ aliqui postq̃ꝫ bullitũ est ⁊ coctũ ponunt oua mollia ꝑus: in aq̃ bullita ⁊ dispumata.

¶ Item decimoquarto fit cibus: ⁊ est cibus qui dicitur mũdatum: ⁊ est ille qui portatur de catania: ⁊ fit de farina subtiliori frumenti aliqualiter. ita ꝙ pasta non sit açima: nec perfecte fermentata. ⁊ postea extenditur in modum paruarum vngularum supra mẽsam aliquã: ⁊ ibi exiccatur per seipsum. Coquitur autem sic. Accipe de illo condito quãtum vis: ⁊ totum conditum ponatur in lac amigda. ⁊ cum lacte bulliatur donec incipiat mollefieri. ⁊ postea detur. potest etiam non febricitantibus dari: ⁊ decoqui cũ bona pinguedine bouis: vel montonis: vel caprarum: vel aliarum. Alio modo fit: ⁊ est cibus multi nutrimenti sicut amidum: est tamen cibus: qui non debet multum decoqui.

¶ Item decimoquinto fit cibus de pullis: quem non doceo decoquere: sed prouideas ꝙ sint fasiane: ⁊ prouideas ꝙ in fe. non ponas carnes salitas: sed loco earum potes ponere acrestam cum toto earum: vel succum earum: vel parũ aceti. etsi vis facere magis infrigidatiuum: pone intra ventrẽ pulli lactucam: vel alia fe. frigida. Et nota ꝙ acresta nõ debet poni ad coquendum cum rebus: cũ quibus decoquitur: nisi quando cibus ab igne deponitur: qꝛ si decoquitur cum cibis totum denigrat.

¶ Itẽ decimosexto fit alius cibus de paruis auibus de busco: ⁊ nota ꝙ tales aues quãto habent rostrum gracilius: tanto sunt meliores: quia pascuntur cibos subtiliores. ⁊ iõ sunt paucarum superfluitatum. Modus preparandi est: ꝙ prius infundantur parum in aqua calida. ⁊ postea ponantur in veru cum lardo recenti: ⁊ postea ponãtur in acresta. que si non habeatur ponantur in aceto: ⁊ in aqua ro. prius quantum sufficit.

¶ Itẽ decimoseptimo fit cibus ex extremitatibus porci vel hedi. ⁊ ministrantur extremitates: quia sunt paucarum superfluitatum: debent tamen decoqui multum: quia sunt partes neruose. Et nota ꝙ carnes iste debent: in aqua vna bulliri. ⁊ ibi dispumari: ⁊ postea decoqui in alia addendo petrosilinum: vel alia appropriata.

¶ Itẽ decimooctauo fit cibus de perdicibus: ⁊ osiculis: ⁊ alijs auibus: que possunt assari: vel decoqui. ¶ Nota tamen ꝙ stante fe. non debent assari: qꝛ humide diete omnibus febri. conueniũt: nisi in magna virtutis debilitate: vel stante prostratione appetitus: ⁊ eo casu assantur ⁊ comeduntur cum ace. ⁊ aqua ro. añ. vel cum suc. citranguli. ⁊ nõ ponitur de sale. vel quasi nihil. vel de suc. vue acerbe. vel in partibus frigidis cum suc. crisomilorum.

¶ Item decimonono fit cibus de piscibus. ¶ Nota ꝙ tales pisces debẽt esse parui in fe. de locis petrosis: vel arenosis: vel nõ lacunalibus: de aquis currentibus cum paruis squamis: qꝛ tales sunt paucarum superfluitatũ. ¶ Nota tamẽ ꝙ si tales pisces habent pulpã mollem non est vis de eorũ magnitudine: ⁊ debent decoqui in aqua: quia si fe. sit flegmatica. ponatur cum aqua tm̃ de vino albo. ⁊ coquanꝛ cũ eis herbe appropriate vt petrosilinum hyso. ⁊ similia. vel possunt decoqui. ⁊ in craticula assari. ⁊ conceduntur ⁊ ponuntur in ventribus eorum herbe appropriate.

¶ Itẽ vigesimo fit cibus de ouis gallinarũ recẽtibus. ⁊ non cõcedimus nisi vitellũ: qꝛ est tẽperatum: ⁊ albumẽ est frigidum: ⁊ cõcediꝛ cũ acresta vel aceto. Et vbi non habemus illa damus cũ suc. malorũ grana. multũ represso cũ aqua. ¶ Item damus lactucã: portu. ⁊ qñqꝫ cucurbitam: lꝫ raro rõne magne viscositatis earũ damus cũ ace. Caue tamẽ ne acetum sit fortis acetositatis in fe. maxime: qꝛ noceret: sed tempera eius acetositatẽ cum aqua ro. vel alijs admixtis cum aceto. Acetum enĩ rumpit ⁊ carminat: ⁊ interiora in fe. sunt debilia: qꝛ propter fe. debilitata.

¶ Item qñqꝫ cogiꝛ medicus dare vinum in fe. primo qꝛ appetitus est inordinatus: sed stante fe. medicus dꝫ dare. vi. granatorum. vel det acetũ in paruissima quãtitate multa aqua admixtum. vel det parum vi. de tor^(ren)^(tu) ru. aque multe mixti. vel det vinum: qd̃ in aliquibus ptibus fit de cerasis.

¶ Itẽ cogiꝛ medicus dare vinum cũ virtus deficit. ⁊ spiritus etiã resoluitur. Et tunc. ℞. vini al. qd̃ melius est: vel vini ru. si non habetur album: vel si pa^(r). ad ru. nõ afficiꝛ quãtum vis: ⁊ infundaꝛ in eo medulla panis calidissimi sicut exit de fur^o. ⁊ permittaꝛ ꝙ vinum imbibatur in pane. post abijciatur panis per pãnũ lineũ al. vinũ exñs in pane coleꝛ ⁊ cũ multa aqua misceaꝛ. etsi panẽ talẽ non habeas. fac vt sequitur. ℞. aq̃ dul. electe bulliẽtis actu pe. iiij. vini planensis al. pe. i. misce in ampho. q̃ ponaꝛ in aq̃ frigida ad refrigerãdum illud vi. sic detur. vel si vis ƒm casus exigentiam misceatur magis de illa aqua. Et nota ꝙ vbi debet dari vinum in fe. oportet ꝙ diu steterit anteq̃ꝫ detur mixtum cum aqua: ita etiam confert in cura ethice.

¶ Canon in dando in potu aquam ordei ⁊ syrupum acetosum. Cap. X.

Aqua ordei quedam est: in qua non est de corpore ordei: nisi quod est sicut virtus ⁊ forma: ⁊ nõ est ei introitus in curatione: aut fiducia in iuuamento: nisi quando est complete decoctionis. Et que de ea est melior: est vt sit aque quantitas sacraiati. xx. ⁊ ordei sacraiati. i. ⁊ sit iam reducta proprie ad quintam ⁊ assumatur illud: quod de ea rubeum est ⁊ subtile. Hoc enim est subtile cuius nutrimentum est minus: ⁊ cuius humectatio est maior ⁊ ablutio eius: ⁊ extractio superfluitatum ab ea: ⁊ digestio facta ab ipsa est multa equalis.

¶ Promisit Auicen. in precedenti ca. ponere sermonem singularem in aqua ordei ⁊ syrupo acetoso: qꝛ frequenter de eis dixerat in capitulis precedentibus. ⁊ ideo de his facit sermonẽ. ⁊ ꝑ de modis cõponẽdi hos potus. 2° ponit cañ. in eodem vsu. ibi 2°. (Et aggregare.) prima in duas. primo ponit modũ cõponẽdi aquã ordei. 2° syrupũ aceto. ibi 2°. (Et melior.) prima in duas. ꝑmo ponit diuersitatẽ aque or. ex parte modi ponẽdi ordeũ in aqua. ⁊ modi decoctionis. 2° ex pte ordei in se. ibi 2°. ¶ Et aqua qdẽ ordei.) prima in duas sicut duo sunt hi modi. ibi 2°. (Et de ea.) ¶ Considerãdum: ꝙ ista est aqua ordei: qua cõiter vtimur in potu febricitãtiũ: ⁊ est in qua nõ trãsit corpus ordei in aqua: sꝫ sola virtus: ⁊ hoc qꝛ pono ordeũ itegrũ ad bulliẽdũ cũ aqua.

vel non pono farinā ordei: sed corpus ordei. ⁊ q̄ res sube spisse si debent suā virtutem in decoctione transmittere: in qua decoquunt͛ opꝫ eas multum decoq. vt lib. 2. cap. 5. iō opꝫ istā aquā cōplere decoqui. aliter nec curat: nec vtilitatem facit: q̄ nec abstergit: nec nutrit. ¶ Considerādū scđo: ꝙ nō sic absoluitur ista aqua a partibus corporis ordei q̄n aliquid trāseat: sed illud est parum: ⁊ parum nutrit: sed virtus ordei superficialis: que est abstersiua transit. ⁊ iō plus abstergit ⁊ aperit. ⁊ vt sic digerit digestione leui: q̄ non facit fortem impressionem: nec in infrigidādo: nec in aperiendo. ⁊ iō dixit digestiōe eq̄li. i. leui. humectatio. n. ⁊ ablutio est ꝓprie per aquā. extractio aūt sup̄fluitatuꝫ est ꝓprie per abstersionē ⁊ ablutionē: ⁊ abstrahit illa per fecē: ⁊ etiā per vrinā. etsi vis illā magis medicinalem ⁊ minus nutritiuaꝫ permitte eā residere: ⁊ abijce fecē eius ⁊ notū ē. Sacraiari est apud aliquos ponde. 3. 4. cum media. Alij dicunt ꝙ est pondus. 3. 6. sꝫ nō laboramus in hoc: q̄ hic pōt cadere error. vult. n. ꝙ fiat. xx. ponđ. aq̄ ⁊ vnum ordei: que apud nos non dicitur ptisana: sed aqua ordei. Questio. I.

Dubitatur vtrū aqua ordei sit potus conueniens omni febricitanti. ¶ Videtur ꝙ sic: q̄ in febre calida ⁊ frigida illā Auicē. laudat. 2° can. cap. de ordeo. ¶ Amplius. Ptisana ordei cōmēdatur generaliter sup omne de grano factū cibariū in his acutis passiōibus. quare ⁊ aq̄ ordei cū sit medicinalis. ¶ Ampliꝰ. Aqua hordei infrigidat ⁊ humectat: q̄ ordeū frigidū est ⁊ humidū. vnde ordeū humidius est frumēto. vt Arist. problematuꝫ primo. 36. ꝓblemate. ¶ In ꝯriū: q̄ aq̄ ordei exsiccat: q̄ est siccū in virtute: vt 2° can. ¶ Amplius. Calefacit vt. 16. cōtinentis. vbi vtendum est eo: qđ calefacit: vt aqua ordei ⁊ aqua mellis. ¶ Dōm primo: ꝙ aq̄ ordei: q̄ est qdā potus: ⁊ non ptisana pōt fieri magis abstersiua ⁊ minus infrigidans: ⁊ minus humectans: ⁊ hoc est quādo ab ordeo exterior cortex abijcit͛: ⁊ nō iterior. Alia est que fit ex ordeo cū suo cortice abiecto: ⁊ ista minus abstergit ⁊ magis humectat ⁊ magis nutrit. est. n. in cortice ordei v̄tus abstersiua. ⁊ hos duos modos aque ordei Mesue posuit. ¶ Secūdo dōm est: ꝙ hic non est questio: an cōpetat vt cibus quo sint contenti febricitantes: q̄ notum est: ꝙ non competeret nisi in febre peracuta: in qua competit dieta subtilissima nō in vltimo: que est nihil dare: vel dare vinum granatorum vel iulep subtile solum: ⁊ hec sunt nō ex premissis. ¶ Sed dubitatio est: an aqua ordei cōpetat eis vt quidā potus quotidianus ⁊ extraordinarius. febricitantes. n. non pñt teneri: quin sepe potare velint. ¶ Et dōm ꝙ in febribꝰ calidis. vt febre acuta: cholericis ⁊ sanguineis potest satis concedi iste potus. Ratio est: q̄ lauat: abstergit: prouocat: temperat calorē. Cito etiā de stomacho exit vt intelligitur ab Halyabate. 5. theorice cap. de ordeo: sed an vel eam magis abstersiuaꝫ ⁊ medicinalē: an minus in te est ſm ꝙ apparet de dispositione. In febribus aūt frigidis: ⁊ flegmaticis: ⁊ melācholicis: ⁊ proprie: q̄n sunt interpolate: in q̄bus nō q̄rit͛ tāta infrigidatio: nō est forsan potus sic assiduandus. etsi ea vis vti oꝫ esse abstersiua: ⁊ forsan mixta cum apio ⁊ feniculo. vt docet Auicē. in 2°. ¶ Sed. t. d. quem potum dabo vt quotidianum istis habētibus febres frigidas. ¶ Dōm ꝙ aquā ordei p̄paratā: vt diximus: vel aquam cum pauco zuccharo nō al. si vis: ꝙ plus abstergat. Et ꝯtinue in febribꝰ fortibus ⁊ acutis vtimur pro potu ꝯtinuo vino granatoꝝ. nisi velimus aquā ordei. ¶ Ad ꝯria dōm. ad p̄m ꝙ Auic. nō cōcedit solā aquā ordei in febribus frigidis: sꝫ cuꝫ apio ⁊ feniculo. ¶ Ad 2m dicenduꝫ: ꝙ arguit ꝙ in acutis febribus sit potus bonus. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ q̄rit complexionē: an ordeū sit siccū: vel humidū. ⁊ dōm ꝙ ordeū in cōplexione est siccū virtute: tñ hꝫ q̄sdā ptes humidas non bñ digestas: ⁊ signum est: q̄ est ventosum ⁊ inflāmatiuum. ⁊ est simile sicut dicimus ꝙ ruta recens ⁊ zinziber sunt cōplexionis sicce virtualr: ⁊ cū hoc hñt quādā humiditatē accñtalē sup̄fluā: ⁊ signum in ruta recēti: q̄ est ventosa: ⁊ in zinzibere: quia fit in eo cito vermis. Qui ergo dicūt ordeū esse humidū: intelligūt mō p̄dicto. eius aūt humiditas iflāmatiua p decoctionē digerit͛: ⁊ quāuis ordeum sit siccum. imo apud Halyabatē siccius est q̄ꝫ frigidū. tēperat͛ eius siccitas humiditate aq̄. ⁊ iō aq̄ ordei remanet infrigidās: ⁊ aliqualr humectās. ⁊ proprie q̄n ordeū est ab omni cortice exteriori pfecte mūdū. ¶ Ad Rasim dōm: ꝙ credo illum textum esse corruptū: ⁊ vult dicere vtēdū eo: qđ non calefacit. Vel dicēdum aqua ordei calefacit. i. minus infrigidat aq̄ pura. Vel loquit͛ de aq̄ ordei: q̄ est abstersiua plus: q̄ minus infridat q̄ꝫ illa: q̄ est plus lauatiua ⁊ humectatiua ⁊ minus abstersiua. ⁊ q̄libet illarū apparet ex p̄dictis. Questio. II.

Dubitatur scđo: an aqua debeat eē viginitupla ad hordeū. ¶ Videtur ꝙ non: q̄ Haliab. 5. docet accipere vnā partem ordei ⁊. 15. aque. Isaac ꝯo in dietis ꝑticularibus. x. ptes aque ⁊ vnā ordei. Zoar ꝯo. 16. trac. tesein. ca. de cura apatis pectoris. ij. ptes aque ⁊ vnaꝫ ordei. Auicē. ꝯo. ⁊ Mes. concordant. Questio. III.

Dubitatur tertio de quātitate: ad quā in decoctione debent peruenire. Auic. n. docet illam reducere ad quintā ptem. Mes. ꝯo ad medietatē siue ad tertiā ptem. Isaac ꝯo ad vnā partem. ¶ Omnes q̄stiones hmōi soluunt͛. nā aquā ordei magis facimus ifrigidatiuā: humectatiuā: ⁊ lauatiuā p multā aq̄ quātitatē: ⁊ paucā ordei: ⁊ p decoctionē paucā. ⁊ hoc est qđ hodie fit ad lasciuiā febricitātium. facimus aūt aquā ordei habentē plus de virtute ordei abstersiuā ⁊ nutritiuam per multuꝫ ordeū ⁊ multā decoctionem. ⁊ quādoq; decoquitur tm̄ ꝙ multū trāsit de hordei virtute ⁊ corpore in aquā: ⁊ facit residentiā: que est sicut ptisana. Nostri igitur auctores processerūt diuersis iudicijs extimatiuis ſm diuersitatē febrium ⁊ climatum. ⁊ ideo pauci concordāt in compositione aque ordei. ⁊ tamen quilibet verum dicit.

¶ **Et de ea est: in qua est aliquid de corpore ordei: ⁊ farina eius.**

¶ Hic est secundus modus aque ordei: ⁊ est illa: in qua est aliquid de corpore hordei: ⁊ farina eius. ⁊ primo ponit B. 2° ponit can. circa hoc. ibi 2°. (Et qđ magis.) ¶ Considerandum: ꝙ aqua ordei: in qua est aliqđ de corpore ordei: ⁊ farina eius pōt fieri tripliciter. Primo decoquendo ordeū integrum prius depilatum: ⁊ cōfricatū vltime tanta decoctione: ꝙ pars eius intrinseca erūpat͛ in aquā crepando: ⁊ fiat decoctio eius multa: ⁊ subtile huius aque est medicinalius: ⁊ grossum est nutritiuū plus. ⁊ ideo quidā nolētes ꝙ de corpore ordei aliquid trāseat ligāt hordeum in petia. Secundo fit frangendo ordeum: qđ apud nos vocatur far hordei. Tertio fit accipiendo farinā hordei: decoquēdo illam sub ꝓportione: que nobis vi. ⁊ vocat͛ ptisana ordei. Aq̄ ord. i q̄ ē aliqd de corpe ei' fit tri pliciter.

¶ **Et magis dilectuꝫ mihi in huiusmodi est: vt non sit plurimuꝫ decoctuꝫ. imo secundū mensuraꝫ: que auferat inflationeꝫ: ⁊ non perueniat ad hoc vt faciat ipsaꝫ viscosaꝫ vehementer. Et huiusmodi quideꝫ est pluris nutrimenti ⁊ minoris ablutionis ⁊ digestionis.**

¶ Primus can. est ad remouendum errorē. nā multi considerātes: ꝙ Ga. precepit multā decoctionem ptisane ordei possunt superfluere in decoctione. ⁊ ideo vult ꝙ eius decoctio sit conueniens non superflua: nec diminuta: ⁊ de hoc stat iudicio experti coqui. Apud nos autem eius perfecta decoctio multum odore cognoscitur.

¶ **Et accidit ei multotiens vt acetet in stomacho frigido in substantia sua: etsi sit in eo caloꝛ**

extraneus multus de malitia complexionis.

¶ Hic est scḋus cañ. ¶ Considerãdum q̄ iã a nobis prolixe declaratum est qualiter fiat acetositas cibi in stomacho: ⁊ quõ fit a calido: ⁊ quõ fit a frido. Cũ aũt stomachus est nãliter calidus: ⁊ accñtalr frigidus: vt in cholerico vel iuuene febriẽte fit cõuersio rerũ ad fumosum. Cũ autem stomachus est in nã fridus: lz calefiat accñtalr: causat in rebus aquosis frigidis sicut lac ⁊ aq̃ ordei ebulitionem ⁊ q̃li putredinem. vñ ace'cunt in tali stomacho res hõ. ⁊ iõ ifantes hñtes causonẽ pp calidũ obtusum esse ab humido. vñ non comburit: sed ebulire facit lac: acescit lac in stomachis eorum. vt apparebit in capitulo de causone.

¶ Et aqua quidẽ ordei quãdoqz est decocta ex ordeo ipso sicut est: ⁊ quãdoqz est excorticatũ.

¶ Hic ponit modos aque ordei fm ordei diuersitatẽ. ¶ Cõsiderandum q̄ ordeum ipsum posset intelligi ordeũ a nullo cortice mundatuz. ⁊ hic modus non est in vsu: nec videt conueniens scḋm Azarauium lib. 16. primo cap. vbi dicit q̄ si in ordeo remanet aliquid de cortice exteriori cõmouet tussim ⁊ ventositatez. Alio modo per ordeũ illũ intelligimus ordeũ mundatũ ab exteriori cortice grosso: ⁊ per ordeum excorticatũ intelligimus ordeum ab oĩ cortice mundatũ. s. exteriori ⁊ interiori. ⁊ hic vž modus nostrox auctoruz: in quo ille aq̃ ordei differunt. iõ apparet ex dictis. Si aũt vis p ordeũ ipsum non excorticatũ intelligi ordeũ sicut est: ⁊ a nullo cortice mundum non prohibeo. Et erit illa aq̃ ordei fortioris abstersionis. Unde Auẽzoar de ea dixit q̄ ipsa laxat ventrem. Questio. IIII.

Dubitatur vtrũ ordeũ: de quo fit aqua ordei debeat eẽ ordeũ grossum vel minutũ. ¶ Uidet q̄ grossuz p Azarauiũ. Uidet q̄ minutũ p Mes. cap. de aq̃ ordei: vbi dicit. Sit ordeũ subtile. ¶ Dõm q̄ ordeuz grossuz vž esse i cõplexiõe humidius ordeo paruo. ipsa. n. maioritas ⁊ pĩcĩor sul corporis õndit eius maiorẽ humiditatẽ. ⁊ iõ si vis aquã magis humectãtẽ in febrib⁹ ꝯueniẽtius est facere illã ex ordeo grosso. ⁊ ita cõiter fit in ptibus nostris. Si aũt vis illã nõ sic humectantẽ: fac illã ex ordeo minuto: ⁊ sic cessant ꝯria. ¶ Uel dõm: q̄ p ordeũ subtile intelligit Mesue ordeũ: qḋ nos vocamus grossum: qḋ debet esse oblongũ nõ cõtractum grossum. Qõ. V.

Dubitatur an ordeũ: ex quo fit aqua ordei debeat esse integrum: quando ponitur ad buliendum: vel confractum. ¶ Uidetur q̄ confractũ p Isaac in dietis particularibus: vbi dicit. Confrangatur ordeum: ⁊ Azarauius lib. 26. primo cap. vbi dicit. Moleur vel pistetur in mortario õ lapide: ⁊ Halyab. 5. practice. vbi dicit. Teratur moderate. ¶ In contrariũ est Zoar. primo theysir. vbi vult. q̄ qui frangunt ordeum sunt longinqui a via veritatis: quia in vnoquoqz semine est virtus naturalis antequã destruatur ⁊ frangatur: ⁊ per illam virtutem alterat que sequitur eius integritatem: per quã trahit ad se aquã. ⁊ in summa vult Auenzoar: q̄ ordeum integrum hz virtutem: q̃ sequit eius integritate: per quã trahit aquã: qñ stat in infusione: ⁊ antequã buliat: sz qñ bulit aperiunt eius pori. ⁊ hec aq̃ ordei hz ordei virtutem: sz si ordeum frangitur morit ibi virtus in eo. ⁊ est simile de hoc: sicut de ordeo: q̄ si seminatur: integruz nascitur: ⁊ trahit ad se humiditatẽ a terra: sed si frãgat non nascitur. ⁊ hãc rõnẽ sumpsit Auer. colliget. 5. cap. de ordeo auctoritate Auenzoar. ¶ Ista cõtradictio leuiter tollit. nã si vis aquã ordei magis nutritiuam: vt de farina siue medulla grani ordei aliquid in aquã trãseat: opz conterere ordeum. Si autem vis aquã ordei magis medicinalem alteratiuam: ⁊ abstersiuam sine nutricatione: bulliat ordeum integrum. Multi tñ auctores: qñ precipiũt ordeũ cõfrãgi: nõ intelligũt: q̄ rũpat: sz q̄ pistet vt separetur cortex ab eo. ⁊ sic intellexit Isaac.

¶ Et melior quidem syrupus acetosus apud me est ille: in quo ponitur çuccharum in vase. deinde funditur super ipsuz acetuz forte: qḋ fit de vino tante quantitatis: vt eleuetur sup dorsum çucchari. imo dimittat ipsuz discoopertũ. deinde ponuntur sub vase carbones quieti ⁊ cinis calidus donec liquefiat çuccharũ in aceto sine ebulitione. deinde colligit spuma ⁊ dimittitur vna hora cuz multo calore: donec misceat çuccharum cum aceto. deinde funditur super ipsuz aque quantitas duoruz digitorũ ⁊ bulit vsqz ad spissitudinem.

¶ Considerãduz: q̄ in hoc syrupo acetoso est infrigidatio p aquã ⁊ acetum. Est ẽt humectatio p aquã. ẽt aliq̃liter p çuccharũ: si nõ est antiquũ: ⁊ incidit ⁊ aperit p acetũ. ⁊ abstergit per çuccharũ: ⁊ ẽt apit: ⁊ hoc est potus conueniẽs in se. ⁊ de hoc syrupo nos iã fecimus tractatum singularẽ: dixit aũt acetũ: qḋ est de vino: q: istud ẽ magis icisiuũ ⁊ ꝓfundãs plus. ¶ Cõsiderãdũ: q̄ lz ponat hic q̄ aceti quãtitas: q̃ infundat çuccharo remaneat discoopertũ. tñ opz i cõpõne hui⁹ syrupi ꝯsiderare hoiuz nãs: vt dž. 5. cañ. tra. 6. Sicut. n. homines diuersificant i vsu vini. vñ qdã pñt vti puros ⁊ qdaz nõ sic. ita est de vsu aceti: ⁊ rerũ acetosax. ⁊ iõ opz facere syrupũ acetosuz diuersum in acetositate fm diuersitatem hominũ. ⁊ est intentio. G. 4. de re. sa. ⁊ Serap. 7. prac. Sic igitur syrupus q̄ ponit hic est vsualis: ⁊ cõis compõnis. ⁊ qñ vteris eo potes plus vel minus ponere de aq̃: vt virtus aceti plus vel minus frãgat. ⁊ illa nos scripsimus sup. 5. cañ.

¶ Et aggregare syrupuz acetosuz ⁊ aquã ordei simul est illaudabile: quoniaz corrũpit aquã ordei secundum plurimum.

¶ Hic ponit cañ. in vsu istorũ potuũ. Questio. VI.

Dubitatur vtrũ sit cõueniẽs miscere syrupũ acetosuz cũ aq̃ ordei. ¶ Uidet q̄ sic p Aui. lib. 3. Fen p̄ᵃ ca. de phrenesi. vbi cõcedit aquã ordei cũ oximelle. ¶ Amplius. Statim ibi docet miscere cũ aqua ordei parũ aceti: sz si ꝯcedit cũ ea misceri acetũ. igit m̃lto magis ⁊ çuccharũ ⁊ aquã: sz syrupus acetosus nõ ẽ aliud nisi ista tria. ¶ Amplı⁹. Infra cap. de flãtica febre cõcedit hãc mixtionẽ. ¶ Amplı⁹. G. p alimẽtox docet ptisane misceri acetũ. ¶ In ꝯriũ Aui. ¶ In h ẽ multiplex modus dicẽdi. Quidã dixerũt: q̄ nõ dꝫt ista misceri: q: sunt diuersi pot⁹: sicut igit cibaria diuersa nõ debem⁹ miscere: vt lib. p Fen 3ᵃ: q: nõ bñ digerunt: sic nec diuersos pot⁹. ¶ Ista solo nõ satisfacit: q: diuersiores syrupos q̃z sit aq̃ ordei ⁊ syrupus acetosus tota die miscemus. ¶ Et cũ dr: q̄ nõ deben⁹ miscere diuersa cibaria. ¶ Dõm q̄ vex est multũ diuersa. vñ digõ corrũpat: sz aq̃ ordei ⁊ syrupus acetosus satis conueniũt i abstersiõe apitiõe: ⁊ ꝓuocatiõe: ⁊ ifridatiõe. ¶ Alij dixerũt q̄ cũ aq̃ ordei põt misceri pauc⁹ syrupus acetosus: ⁊ nõ multus. ¶ Cõciliator dĩo dĩfa. 169. solõnẽ pdictã cõfirmãs: ⁊ ab ea icho dĩs dat cãm q̃re nõ debemus miscere ista: q: opatiões eox ꝯfundunt: q: syrup⁹ acetosus diuidit: ⁊ sequestrat mãs: ⁊ pparat eas ad expulsionẽ aq̃ dĩo ordei ablutiõ: qḋ iclsuz ẽ abstergit ⁊ educit p sudorẽ ⁊ ꝓuocationez: vt statiz Aui. ponet. ¶ Hec solo nõ placet: q: lz diuisiuum mãex posse ꝓmitti eductiuo. tñ simul põt misceri. Preparatio n. nõ ipedit eductionẽ. vñ videmus: q̄ nři auctores faciunt medicinas cõpositas: q̃ sunt subtiliatiue: ⁊ dissolutiue: ⁊ eductiue mãex. sic appet i syrupo de eupatorio ⁊ epithimo. ¶ Halyab. dĩo 3ᵒ prac. cap. de cura tertiane dicit q̄ nõ dꝫ misceri squigibin. i. syrupus acetosus ⁊ aq̃ ordei. imo nec stari post ipsaz dari anteq̃z digerat. facit. n. illã descẽdere a stõacho.

⁊ sic corpus nõ pascit ab ea laudabilr. ¶ Hec solo ē aquaz dat Hy. Dicit.n. ꝙ aq̄ ordei vel est cib⁹: vt illa in q̄ ē de corpore ordei: ⁊ ista nõ oꝫ misceri cū syrupo acetoso: q2 syrupus acetosus ē cā: ꝙ descēdat indigesta: ⁊ nõ nutriat. ⁊ hāc dicit esse intētionē. G. 3. regiminis acu. Uel aq̄ ordei est potus solū. s. potus medicinalis alteratiuus: ⁊ talis pōt misceri cū syrupo acetoso. sic.n. non est inconueniens misceri syrupum acetosum ⁊ aquā ordei: iō dicit Hyp⁹. Precepit Rasis. 9. Almāsoris capl. de dolore epatis dare syrupuz cū aq̄ ordei: ⁊ sed si velles ab aqua ordei effectus: ⁊ operationes distinctas: īo oꝫ pcedere syrupus acetosus: ⁊ postea dari aq̄ ordei. ¶ Nos aūt iā dedimus hic duas solones. ¶ Prima ē sicut solutio Hy. ꝙ si aqua ordei det̄ gr̄a cibi non oꝫ cōmisceri in ea syrupus acetosus in dosi sufficienti: ne faciat illā descendere. etsi Gal. misceat cum prisana acetum: oꝫ intelligi parū: qd̄ sit incisiuū: aut prohibitiuū inflāmationis. ⁊ nō sit tm̄: ꝙ illā descendere faciat. Si aūt aq̄ ordei det̄ gr̄a medicine alteratiue: potest secū misceri syrupus acetosus: ⁊ potest ab ea separatus dari vt apparebit. ¶ Alia solutio nr̄a est: ꝙ si est timor de acetositatione aq̄ ordei: ⁊ ex hoc timeatur ab ea nocumētum: nō oꝫ secū misceri syrupus acetosus: q2 facit eā aptiorē ad hoc. ⁊ hoc innuit ifra cap. de cura phlegmatice febris: ⁊ q2 cōitas hoīum ē plenoꝝ stomachoꝝ suffocatoꝝ in calore sub multa mā pp multā maliciā regiminis modernoꝝ. iō plurimū timet̄ de hac acetositate que est mala acetositas. ⁊ ideo cauemus mixtionem eoꝝ: ⁊ hoc est qd̄ Aui. intellexit cū dixit: qm̄ syrupus acetosus corrumpit aquam ordei fm̄ plurimum. s. q2 facit illam acescere. dixit fm̄ plurimum: qd̄ in aliquibus ignei stomachi non faceret hoc. vnde infra in stomacho calido cuꝫ aq̄ ordei iubet miscere parum aceti.

¶ Et non opꝫ: vt detur in potu aqua ordei quā siccitas nāe adest. imo an̄ ipsaꝫ fiat clystere.

¶ Hoc pōt itelligi de ptisana: q̄ aq̄ ordei nominat̄. ⁊ hoc verificatū est supra in pn° precedentis capl. ⁊ est dictū Hyp. primo regimi. acu. ⁊ pōt intelligi de aq̄ ordei: q̄ est pot⁹ medicinalis. ipsa.n. hꝫ virtutē abstergēdi ⁊ lauādi supfluitates: quas cōducit ad loca propter secū prohibitionē, ergo ab exitu propter secum obuiationem nocebunt vaporantes: aut mote ad venas: quare premittatur clystere.

¶ Quod si acetet in stomacho detur in potu: quod de ea est magis subtile. ¶ Quod si acetat coquatur cum ea radix apij: ⁊ eius simile. ¶ Si vero acetat iteruꝫ: tunc necessarium est: vt misceatur aliquid piperis cū ea propter: qm̄ mā nō est vehemētis subtilitatis ⁊ caliditatis.

¶ Hic est 3° cāl. in quo docet obuiare cōuersioni aque ordei in acetū. est.n. ipsa de rebus aptis ad h ex mō sube: ⁊ cōplexionis si recordaris scie saporis acetosi. pmo igit̄ eligit subtiliorē ptē: q2 citius penetrat: ⁊ hꝫ plus de vtute abstersiua subtili. 2° addit sibi res calidas: que augēt sibi calorē: in stō. vñ minus fit acetositas. ista cala: vt apiū ⁊ pip: qm̄ si mā febris non est cala subtilis. imo hꝫ de grossitie.

¶ Et qm̄ multiplicat̄ eius inflatio: tūc misceat̄ cū ea ad calefactos parū aceti vini acetosi.

¶ Hic est 4° cāl. Credunt aūt aliq̄ lrām debere dicere parū vini. s. ad resoluēdum ventositatem: ⁊ exponunt ad calefactos. i. ad febrientes. Textus iste autem iacet sic. 17. ptinētis cap. de febre sanguinea in fine auctoritate megebai. i. adiuuātis: quādo vis ꝙ deficiat inflatio aque ordei. pone in ipsa aliquid de aceto vini. ⁊ pprie ad calefactos. Accidit.n. ꝙ fortis calor facit ipsam euaporare. vnde inflat. acetum autem ⁊ proprie acetosum. s. de vino acetoso prohibet eā euaporare prohibendo aptitudinem inflationis. ⁊ facit cū hoc ipsam cito penetrare ad vrinā vel sudorē: ⁊ vel egestionem. In qbusdā. tamē alijs corporibus non calefactis acetum adderet ad inflationem. vnde. 3. can. Fen. 2. cap. de priapismo. Acetosa qñqꝫ inflant causa huius nota est.

¶ Ueruꝫ quū syrupus acetosus in potu datur incidit humores: ⁊ preparat superfluitates ad expulsionē. Et tu consequenter post duas horas da aquaꝫ alkist ordei subtilem predictam: vt abluat qd̄ incisit: ⁊ abstergat id: ⁊ extrahat ipsuꝫ per sudorē ⁊ prouocationem.

¶ Hic est 5° cāl. hinc accipe: ꝙ aq̄ ordei: q̄ est potus: ⁊ hanc vocat aquā alkist subtilem ⁊c̄. lenit ventrem: qd̄ intelligit cum dicit abluat: ⁊ abstergit ⁊ prouocat vrinā. ⁊ sudorē. vt pꝫ. hinc etiā accipe ordinem syrupi acetosi ⁊ aq̄ ord. ⁊ apparet ex dictis. s. ⁊ tp̄s sue operationis: q2. ij. horas.

¶ Et non est nocumentum si detur in potu syrupus acetosus apud cenam: cum iam separatus est cibus a stomacho.

¶ Hic est 6° cāl. vbi habet̄: ꝙ ēt apud. i. post cenam. s. iam digōne completa pōt dari syrupus acetosus: ne ante hoc faciat cibum indigestum descendere. ¶ Alij ꝟo exponunt apud cenam. i. ante cenam: cuꝫ separatus est cibus. scilicet prius ⁊c̄. ⁊ est sermo etiam verus.

¶ Et quandoqꝫ est necessariuꝫ vt premittatur iulep ante aquā ordei: vt add[a]t in humectatione: ⁊ illud est cuꝫ vides siccitatē dominantem super corpus ⁊ linguam.

¶ Hic est cāl. 7°. ¶ Considerādum: ꝙ an̄ potest dicere ordine: mā ꝙ prius det̄ iulep: vt q̄si remolliat mām ⁊ corporis ariditatem: ⁊ postea det̄ aq̄ ordei lauatiua ⁊ prouocatiua. De preparātibus igitur aque ordei operationē est syrupus acetosus: in qbus nō q̄rit̄ humectatio: sed materieruꝫ incisio: ⁊ nō determinauit quāto tp̄e post iulep detur aq̄ ordei: sicut fecit in syrupo acetoso derelinquēs hoc forsan medici extimatiōi: ⁊ forsan ꝙ ēt post duas horas: aut paꝝ plus pꝫ ēt ip̄ qñqꝫ dicē pelectionē. i. det̄ iulep. ⁊ nō det̄ aq̄ ordei: q2 multomagis hūectat: q2 succharū hūidū est ⁊ ordeū siccū.

¶ Et quādoqꝫ est necessariū vt premittat̄ ante ipsam ad liniendum nām aliquid de tamarindis ante illud per duas horas.

¶ Hic ē 8° cāl. cuius nečitas erat: q2 supra premiserat clystere: sꝫ qñqꝫ opꝫ pmittere lenitiuū: qd̄ supiores ptes leniat ⁊ mūdificet a mātbus: q̄s aq̄ ordei non potuisset educere: nec ēt clystere: ⁊ iō dabis tamaridos. nos aūt pulpa cassie in hoc casu plus vtimur. ¶ Dubitat̄ vtrū i mane debeam⁹ pmo dare syrupū aceto. simplicē q̄ȝ faciam⁹ clystere. ¶ Uidet̄ ꝙ pus debeam⁹ dare syrupū: q2 in syrupo acetoso ē timor de excoriatiōe: sꝫ minor timor erit: si det̄ anq̄ȝ fiat clystere. nā ōbilitas itestina: ⁊ mūdat ea: ⁊ facit ea pparata ad impssionē syrupi aceto. vt excoriet̄. ¶ Ampli⁹. Syrupus aceto. pparat mām ad euōnē. igit̄ clystere post illud seq oꝫ. ¶ In ōūiuꝫ: q2 p̄ reg. acu. pcipit̄: ꝙ si opus fuerit phlebotomia vel clysterijs: nō det̄ ptisana: sꝫ illa fiāt pus: vt ēt supra dixit Aui. q̄re sic vꝫ de syrupo aceto. ¶ Ampli⁹. Auic. pmittit clystere an̄ aquā ordei. g̃ multomagis an̄ syrupū acetosum. ¶ Dōm ꝙ hic est sermo de clysteri lenitiuo: de quo dictū ē. caplo de cura putrida. Et dico ꝙ si simul ē nečitas vtriusqꝫ. s. syrupi aceto. ⁊ clysteris pp secū pñtiā pmitti oꝫ clystere. Rō est: q2 vel statiꝫ potato syrupo ipones clystere: ⁊ hoc facit agitationē syrupi in stomacho: ⁊ descēsuꝫ eius anteq̄ȝ opet̄. Uel ipones clystere post p vnaꝫ horā: vel per duas horas. ⁊ tūc syrupus acetosus poterit mām mouere

que nō hītes viā nocebūt: ꝛ sic posset probari: ꝙ syrupus acetosus cōpositus nō debeat ꝑmitti añ clysterē: qꝛ māa q̄ dimittit in intestinis posset facere penetrare ꝑ venas: melius igit̄ est ꝙ ꝑmo in mane tēpestiue clystere fiat: ꝛ mundatis intestinis det̄ syrupus acetosus simplex: vel cōpositus: vt materie que mouent̄ a syrupo ueniāt intestina lenita apta cursui: ꝛ nō retineātur sup̄ feces aliquo tpe. Sīr syrupus acetosus cōpositus nō inueniat materias malas purgādas per clysterē: s₃ inueniat intestina mūda vt polē est. Si autem aliq̄ medicus sit bone extimationis qui cognoscat tp̄s: in quo syrupus acetosus ꝑparauit māa ꝛ abstergit la₃ aliq̄s ex eis ꝟsus itestina: ꝛ illo tpe occurrat cū clysteri: ita ꝙ nō sit piculū de mora supfluitatū morap. dico talē medicū possē ꝑmittere syrupū añ clystere. ℭ Ad ꝯriū dōm. Ad pᵐ: ꝙ nō est bonū securare a nocumēto excoriationis ꝑ nocumētum retentionis supfluitatū super feces. ℭ Uel dōm: ꝙ factio clysteris añ syrupū aceto. securat ab excoriatione plus q̄₃ si nō fiat: qꝛ dimittit itestina lenia. ꝟ. g. ꝑ oleū vio. ꝛ cassiā: ꝛ facit ꝙ māe male: ꝛ acetosus syrupus nō morent̄ ibi. ℭ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ māa q̄s euōni ꝑparat syrupus acetosus. educit nā: vel aq̄ oi. vel aliqd clysterē: qd alio modo fiet f₃ māa: q̄s syrupus acetosus abstergit versus intestina educet cū adiutorio clysteris: qd precessit: ꝙ si starent in intestinis supra feces siccas in toto tempore: in quo clystere illas nō educeret: pñt ledere valde per citum recursum ꝛ euaporationem. tue tñ extimationi dimitto hunc ordinem.

ℭ De curationib⁹ febriū acutarū. Cap. x.

Quod dictū est de regimīe lenificationis. ꝛ ꝑuocationis. ꝛ sudatiōis. ꝛ digōnis: deinde euōnis cu₃ medicina post illd. Et qd dcm̄ ē d cibatōe post ip̄m ē illud: qd oportuit nos rememorare hic.

ℭ Quia febres acute sunt timorose valde: ponit earum regimen generale. Et primo ad materiā. Scdo ad ipsam febrem. ibi 2ᵃ. (At modi. ℭ Considerandum: ꝙ sicut vult rememorari de regimine lenitionis ꝛc. ita etia₃ de regimine per flōmiam: ꝛ forsan ꝙ omisit: quia febres acute: de quibus est sermo: sunt febres multe inflāmationis: ꝛ iste vt plurimum sunt cholerice: vt in quibus raro compeit phlebotomiare per se non conuenit eis.

ℭ At modi extinctionis vehementie caliditatis sunt cū infrigidatione aeris: ꝛ cū infrigidatione cibi. ꝛ cū epithimatibus ꝛ emplastris. Et cū medicinis. ꝛ cū retentione corꝫ: q̄ sunt sicut mucilago psiliꝫ. ꝛ mucilago granorū cydoniꝫ. ꝛ succus portulace. ꝛ succus liquiritie in ore vt sedet̄ sitis. nā assiduare gutturi patiētis egritudinē calidā aliquid: vt remaneat os humidu₃: ꝛ non exiccet̄ in curis est iuuatiuū valde. ℭ Et quādoq₃ iuuant̄ per administrationē₃ clysteris facti ex succo melonis indi. ꝛ cucumeris. ꝛ cucurbite. ꝛ portulace cū oleo rosa. ꝛ cū aliquātulo cāphore. iuuamento maximo.

ℭ Festinat Auicē. ad cañ. curationis acutarum quātum ad intentionem: que est ad parte₃ febris: que est infrigidatio. Et hoc qꝛ in acu⁹is multum oportet intendere ad hoc: ꝛ in hoc completur: qd videtur diminutum in capitulo de cu. put. in vniuersali: ꝛ primo premittit sex modos extinctionis caloris febrium acutarum: ꝛ declarat duos de illis. secundo exemplo declarando alios modos. ibi secunda. (Et oportet.) ℭ Considerandu₃: ꝙ de liquiritia questio est an sit complexionis calide vel frigide: tamen 3ᵒ cañ. Fen scda. capitulo de paralysi. succus liquiritie. ponitur inter res habentes aliquid infrigidationis: ꝛ non est dubium: ꝙ etiam propter sui humiditatem potest reprimere acuitatem cholere: tamen sua dulcedo facit ipsum odiosum acute febrientibus: ꝛ inflāmatio: que quandoq₃ fit in eo forti calore febrili. Auic. etiā Fen. 10. capitulo de medicinis conseruātibus lenitionem pectoris tractatu 2ᵒ ponit succum liquiritie inter medicinas frigidas. ℭ Considerandu₃ 2ᵒ: ꝙ guttur est pars in qua spiritualia ꝛ nutritiua cōicāt. Unde ad partes gutturis multi veniūt vapores: ꝛ multa fit in eo inflāmatio: ꝛ ideo humectari illud est causa: ne fiant vlcera: ne etiam fiat asperitas in lingua: ꝛ ne fiant limositates: que nociua sunt. vt apparebit infra capitulo ꝓprio: ꝛ cōtēperare eius caliditatē ꝛ ariditatē est vtile: vt tēperetur calor pulmonis ꝛ stomachi: ꝫq̄re est iuuatiuū valde. reliq̄ sunt nota.

ℭ Et op₃ vt sit aer infrigidatus quantū possibile est: ꝛ eius infrigidatio est per prohibitione₃ frequentie: ꝛ per suspensionē flabellorū multoru₃. ꝛ per positionē niuis plurime. ℭ Et si domus est proximi temporis ex quo linita fuerit luto: ꝛ ꝓprie illo: in quo ponit̄ loco palee cotū papiri. tūc est melius. ℭ Et qñq₃ preparantur in ea manationes vt fontiū ꝛ rorationes: ꝛ currit in ea aq̄ dulcis. ℭ Aut stratus est super lacunā coopertā cū reti: ꝛ est stratus super que₃ dormitur ex tabari ꝛ ex similibus: ꝛ reliquus stratus est ex extremitatibus salicū. ꝛ cydoniorū. ꝛ myrti aspersis aqua ro. ꝛ violis. ꝛ nenufaris. ꝛ rosa. ℭ Et ponuntur quandoq₃ calathi in quibus sunt ordines de frustis fructuū boni odoris frigidorū: sicut malorū acetosorum: ꝛ cydoniorū: ꝛ minorū pirop boni odoris aspsis in aqua rof. ꝛ nenufare. ꝛ salicibus: super que sunt puluerizata. sandali. ꝛ rose. ꝛ cāphora: ꝛ super que iam distillatum est parum vini odoriferi. tunc est illud qd est vltimum. Hoc est ergo regimen aeris.

ℭ Hec pars h₃ ptes q̄tuor: sicut q̄tuor remāserūt modi infrigidādi ꝛ extinguendi calorem acutop febriū. Primo ergo docet infrigidare cū infrigidatione aeris. Scdo cū infrigidatione cibi. 3ᵒ cū epithimatibus ꝛ cum emplastris: ꝛ 4ᵒ cū medicinis frigidis. ibi 2ᵃ. (Regimē autem cibi.) ibi 3ᵃ. (Epithima.) ibi 4ᵃ. (Et quādoq₃ est.) ℭ Considerādu₃: ꝙ prohibitionē frequentie quidā rudes exposuerunt. i. ꝓhibendus est frequēs anhelitus. Sed Aui. vult: ꝙ ꝓhibeat̄ hominū frequentatio ad infirmū. ipsi. n. calefaciunt aere₃. Et est qd dicit Gal. 4. terap. illo capitulo. ptrāleamus. vbi dicit. Prohibentes iā multitudinem hominū intrare. ꝛ. n. calefaciunt domū. ℭ Considerādu₃: ꝙ sarraceni partium Aui. liniunt domos luto confecto cu₃ paleis: sicut nos facimus cū cemēto ex calce: ꝛ tales domus que nouiter linite cum calce nō sunt hone: imo vituperate a Ga. lib. de vtilitate respirationis caplo. 5. meliores aūt sunt valde q̄ luto sunt linite ex ꝓpinquo tpe: qꝛ lutū illud est humidius ꝛ frigidū in ꝟtute. est. n. illud lutū terra quedā tenax frigide cōplonis: ꝛ si illud lutū est ꝯfectū cū coto papiri. i. cū coto iūci aquatici ē melius. hoc cotū est qd nascit̄ in sumitate iūci qd dr̄ sic. qꝛ de illo iūco fiebāt charte dicte charte papiri: l₃ mō charte ꝑñe dicant̄ hoc nōie. Illud aūt cotū iūci ē frigi-

de cōplexionis. ꝛ ideo melius est lutū cum eo mixtum: q̄3
cum paleis: que non sunt frigide complexionis. ℭ Cōside/
rādum ꝙ multos stratus ordinat. A. Unum ex reti super
aqua. ꝛ aliū stratum ordinat ex pāno tabari. i. lini. minus
enim calefacit q̄3 lana. vt 3° Almāso. ꝛ primo cantice. Alij
exponunt tabari. i. corio: qd̄ ponat̄ super illo reti. ꝛ ex his
similibus. s. rebus nō calefacientibus: ꝛ isti lecti apud eos
sunt noti: vel ex his similibus. s. stibus vniformibus equa
libus: q2 nō iaceāt stratus linteamina duplicata siue rugo/
sa ꝛ inequalia. ℭ Et reliquus stratus. Hic est alius stratus
super quo proiecto corio: vel apud nos matarratio. posset
poni infirmus ad quiescendum: ꝛ est stratus ex extremita/
tibus salicū ꝛc̄. Caiati est spēs solatri. Sed videt̄ ꝙ caiati
sit aliqd̄ vas vt canistrū: vel modus tabule late: vbi ponū/
tur iste res: ꝛ stāt in camera infirmi. Uinū aūt odoriferum
ponit̄: vt portet virtutē istorū odorū frigidorū ad cor: ꝛ iō
est vltimū in bonitate. ℭ Et ex p̄missis accipe: ꝙ malū3 est
hos acute febrientes facere iacere in culcitra de pēna: quia
multum inflāmantur.

Questio. I.

Hic dubitatur vtru3 in camera febriētis acute possint sterni folia popli. ℭ Ui
detur ꝙ sic. Quia est arbor frigide cōplexionis. signu3: q2
nascitur iuxta aquas. etiā q2 germina populi ponuntur in
vnguēto populeon: cuius virtus ē frida. ℭ In 3riū. Quia
populus est arbor cōplōnis cal̄e. signū ē fetor: siue calidus
odor cū acuitate: q̄ est in eius germine: ꝛ color citrinus in
eo. ℭ Hec q̄stio q̄ritur: nisi cuius cōplōnis sit populus: ꝛ ap/
paret ex 2° cañ. ꝙ est cōplōnis calide ꝛ sic. Inuenitur enim
populus in duplici noie: q2 dr̄ aurū romanū: ꝛ nux roma/
na: i. 3 iueniat̄ aurū absolute. forsan loquit̄ tunc de krabe:
vt diximus ibi in 2°. igit̄ nō debēt eius folia poni in came/
ra febricitātium. ℭ Ad 3ria signa dōm: ꝙ i3 iuxta aquas
nascātur vt plurimū frigide plāte sicut salices: tamen non
semper he frigide inueniunt̄. p̄nt. n. q̄nq3 nasci calide: sicut
acorus ꝛ herba: q̄ dr̄ cinciber caninum. ꝛ pupillā oculi. s.
senationes: ꝛ multa alia similia. ℭ Ad 2m dōm: ꝙ in popu
leone ponunt̄ illa germina ad tēperādū frigiditatē aliaru3
medicinarum: sicut in calidis medicinis ponitur q̄nq3 op/
pium ad temperādum illorū calorē. ℭ Quidā v̄o volue/
runt arguere. ꝙ vnguentum populeon sit virtus alicuius
calefactiue: q2 inūctio ex eo ventre: vt circa vmbilicū pro/
uocat sudorem: vt Nicholaus de eo scribit.

ℭ Regimen aūt cibi iam sciuisti. ꝛ si voluntas
adest: vt cu3 infrigidatione sit lenificatio. tunc
detur aqua cucurbite. ꝛ aqua melonis indi p̄/
prie. ꝛ aqua cucumeris. ꝛ lactuca cu3 aceto est
vltima. Et qd̄ cōueniēs est ad sedādū siti3 eorū:
est foca factū ex pane simile cū aqua casei: acce/
pta ex dogo post collationem vehementem.

ℭ Hic ponit modū extinctionis caloris acutarū per cibum.
iā sciuisti. s. capitulo de cibatione febricitātiu3. q. d. omnes
cañ. cibationis: ꝛ illuc recurre. sed te volente infrigidare:
ecce cibaria hic ponunt̄. ℭ Considerādū: ꝙ l3 isti fructus
sint p̄hibiti supra añ 7m diē intentione habita ad māni fi/
cōcedunt̄ p̄pter extinctionis necessitatē: que preindicat. vt
supra diximus. eorū aūt lenificatio per actualē humiditatē
lauatiuā est notare cū hoc etiā p̄uocāt: lactuca cū aceto est
vltima. nō d3 intelligi vltima in lenificando: q2 lactuca nec
est stiptica nec solutiua: vt 2° cañ. s3 vltima. i. cōueniens in
remittēdo acuitatē caloris febricitātis acute. Foca ē potus
factus ex aqua ordei ꝛ alijs q̄nq3: vt q̄nq3 miscet̄ panis ꝛ
aqua lactis siue casei. i. serum: ꝛ dogo. i. lacte acetoso ex̄cto
butiro: q2 nō inflāmat̄. His potibus nos non vtimur: tn̄ de
summa eo2 est potus dictus sicera: vel sucbalis: vel ceruisia.
ꝛ iō sunt multi modi istius potus q̄ dr̄ focas ꝛ vinū aliu3

modum habes libro 3° Fen prima. caplo de cañ. curatio/
nis egritudinum cerebri in lr̄a Gerardi extra.

ℭ Et si adest voluntas: vt cum sedatione sit re/
tentio. tunc detur succus granati muzi: ꝛ aceto
si: ꝛ aqua agreste: ꝛ aqua mori de seni: ꝛ aqua
acetositatis limonis non salsi: ꝛ aqua acetosita
tis citri. ꝛ que sunt his similia: ꝛ aqua cerescu/
li: ꝛ est berberis.

Questio. V.

Dubitatur quō succus granati retineat ventrem: cum supra ponat solutiuu3 in capitulo
de cura feb. pu. in gnāli. ℭ Dicendū ꝙ succus granati hic
intelligitur vinū granatorū: qd̄ infrigidat: sed q̄n dicit re/
tentio improprie loquitur: q2 comparatiue respectu cucu/
meris ꝛ melonis dictorū: in quibus est plus de lenificatio/
ne: que non est in vino granatorum. ℭ Uel dicendū: qd̄ p̄/
uocādo vrinā stipticat: sed qd̄ prouocat lege 2° cañ. ꝛ non
dixit hoc de granato dulci: q2 non sic infrigidat. Superius
autē loquebat̄ de granatis expressis ꝛ pulpis eo2: in qui/
bus videt̄ aliqua vis solutiua forsan comprimendo: ꝛ si sic
esset: prohiberentur in principio febr. sicut mirabolani: i3
forsan in illa expressione granatorū cu3 pulpis non sit tāta
profundatio ad venas: quāta est in mirabolanis: ꝛ tu cōsi/
dera. ℭ Aq̄. i. succus agreste ꝛc̄. ꝛ mora. s. nō cōplete matu
ritatis de seni. i. de illa cōtrata. Limonis non salsi: q2 nō sic
infrigidāt: qd̄ dicit de berberis ꝛ de alijs est notum.

ℭ Epithimata v̄o ꝛ emplastra sint ex succis no
tis. ꝛ proprie aqua ros̄. aut succo rosarū recen/
tium cu3 sandalis. ꝛ camphora. ꝛ aqua corian/
dri. ꝛ endiuie. cum istis. n. est infrigidatio plu/
rima. ꝛ mucilago psilij cum aceto. ꝛ aqua ros̄.
est huius generis. Et embrocare epar cū infri
gidantibus est res maxima. ꝛ magis iuuans.
nam cum equatur est in eo maior pars rectifi/
cationis: ꝛ fortasse rectificat aquam.

ℭ Hic infrigidat cum emplō ꝛ epithimatibus: ꝛ primo po/
nit ex quibus fiunt. scd̄o ponit cañ. ibi 2a. (Et embrocare.)
Et hec pars h3 tres. primo ponit cañ. in embrocatiōe epa/
tis: ꝛ sic intelligitur cordis. scd̄o capitis. tertio iteru3 epa/
tis. ibi 2a. (Et q̄n illic.) ibi 3a. (Et infrigida epar.) ℭ Con/
siderādum: ꝙ sicut embrocatio. i. epithimatio vel consimi/
lis infrigidatio epatis rectificat vrinam: q2 eius infrigida/
tio peruenit ad venas. Similiter epithimatio cordis pos/
set rectificare pulsum: q2 eius infrigidatio peruenit ad ar/
terias: dixit autem de epate: quia cholera ꝛ materie acute
eius virtute: ꝛ de se ibi multum congregantur.

ℭ Et quādo illic est catarrus ꝛ tussis: aut in ca/
pite eius est grauitas: aut tensio significat mul
titudinē vaporum. quare oportet ne fundatur
sup caput aqua: aut acetū: imo occupet̄ cū in/
clinatione capitis sup vapores aque s̄m ꝙ di/
spositio facit illud necessariū. ℭ Si v̄o nō fue/
rit catarrus: neq3 aliqd eo2: que diximus, tūc
administra de embrocis ꝛ epithimatibꝰ q̄ vis.

ℭ Hic primo ponit dispositiones: in qbus nō debemus em/
brocare caput: ꝛ in quibus debemus: ꝛ docet cognoscere.
ibi 2a. (Et cognoscitur.) Considerandum: ꝙ stāte multa re/
pletione in capite embrocere similiter inunctiones: quibus
queritur infrigidatio febris restringūt materias ꝛ sunt cā
oppilationis. q̄re cōuenientius est vti aliquo resolutiuo leui ꝛ
apertiuo potorū s̄m ꝙ dispositio facit illud necessariū: q2

ſm ꝙ materia in capite eſt multa: vel pauca groſſa: vel ſubtilis fluxa tota: vel adhuc in fluxu: ⁊ ſm ꝙ in reliquo toto corpore eſt repletio: vel nõ opꝫ diuerſificare hoc aperitiuũ reſolutiuum. vnde aliquãdo erimus contenti ſolo vapore aque calide pure: ⁊ aliqñ decoquimus cũ ea camomillam: ⁊ aliqñ alia. Si ỽo nõ fuerit rẽ. qꝛ non ſit in capite ſpãlis repletio: ⁊ apparet in capite neceſſitas extinguẽdi flãmã capitis: ⁊ adminiſtra tũc de embrocis ⁊ epithimatibꝰ q̃ vis.

Et nocibilior embroca in huius diſpoſitione repletionis capitis eſt mulſio lactis ſuper caput. fortaſſe eniꝫ facit accidere apoſtema in capite perditionem Et magis ſalua horarum embrocationis capitis cũ repletione eius eſt: vt ſit vapor cholericus non humidus: imo in huiuſmodi hora fortaſſe non nocet applicatio lactis: immo confert.

Quia lac inuiſcatur: ⁊ cruſtaꝫ facit. vnde opilat ⁊ retinet materias: quarũ q̃rit̃ euaporatio. Nos aũt diſſoluimus iã q̃ones de poſitiõe lactis ad caput ſup pᵃ Fen. tertij libri.

Et ſalua horarũ. Conſiderãdum: ꝙ vapor cholericus acutus poſſet eſſe multus. vnde lꝫ inunctio cum oleo roſato vel viola. vel nenufarino: vel embrocatio ſimilis virtutis confert mouendo illius acuitatem vel maliciam: tamẽ retinendo multitudinem eius poſſet nocere: ⁊ ideo dixit fortaſſe ⁊ iuuabit te: qð diximus ſuper Fen pma. tertij canõ. capitulo de cura ſode in febribus: ⁊ capitulo de cura ſode per communitatem.

Et cognoſcitur ex diſpoſitione ſomni ⁊ vigilijs ⁊ humiditate ſuperiorũ partiũ nariũ ⁊ earum ſiccitate: quum ergo videris ſomnuꝫ: aut profunditateꝫ ſomni: aut humiditatẽ ſuperiorum partium nariuꝫ. tunc caue embrocationẽ ⁊ inunctionẽ: et ſtude in attrahendo materiaꝫ ad inferiora. et quum videris rubedinẽ in naſo: et facie vehementem. tunc non erit malum vt facias currere ſanguinem ex naribus.

Qð hic dicit eſt notum: ⁊ queratur complementuꝫ huiuſ ſcientie infra capitulo de dolore capitis.

Et infrigida epar cũ emplaſtris: et quum infrigidas: caue ne occurras cum infrigidatione vehementi hora ſudoris et reſolutionis: imo oportet vt obſerues illud: fortaſſe. n. ſit cauſa ĩlongatione egritudinis: lꝫ quandoqꝫ ſit longitudo egritudinis ſaluior q̃ꝫ ipſius acuitas.

Hic redit ad canõ. infrigidationis ep̃is. vt compleat ſciam in illo. ⁊ ſcðo ponit canõ. quendam ibi. (Et opꝫ.) Conſiderandum ꝙ hora embrocationis ep̃is eſt duplex. vna electa. ⁊ eſt quãdo mã eſt in via reſolutionis: imo iã euaporauit. verbi grã: qꝛ iã ſudauit infirmus. Alia eſt coacta: ⁊ eſt quecũqꝫ hora vides neceſſitatem extinctionis fortis caloris: qð prius elegimus q̃ꝫ infirmũ areſieri. Qõ. III.

Et ex his ſoluitur qõ: de qua medici freq̃ẽter garriunt an in feb. pu. debeamus epithimare epar ⁊ cor. cum infrigidãtibus antequã ſint facte euacuationes. in hoc. n. medici ſeſe mordent. Et dõm ꝙ nõ debent regulariter epithimari: qꝛ hꝰ epithimata prohibent euaporationem. ſi tamen diſtemperantia caloris eſt multa: de qua plus curamus: ne infirmus ab ea reſoluat̃: vel fiat ethicus: vel paretur ad hydropiſim. tunc epithimamus: ⁊ q̃uis nõ preceſſerit euacuatio: ⁊ q̃uis ſit hora reſolutionis materiei: qꝛ nocumentũ: qð ſequitur ex hoc: eſt prolongatio ſola: ꝙ prius volumus q̃ꝫ velimus infirmũ mori: ⁊ vtilitas aliqñ epithimatũ frigidorum eſt etiã materierũ calidarum ſubtilium rectificatio ⁊ digeſtio: ⁊ ſcias hoc.

Et oportet vt caueas in febribus acutis caſuꝫ raſure: quoniaꝫ addit in debilitate virtutis: ⁊ terretur natura a receptione ſuperfluitatuꝫ ad inteſtina: et ab expulſione earuꝫ ab eis propter victoriaꝫ ſuperfluitatuꝫ: et fortaſſe redeũt ſuperfluitates ad ſuperiora: et ledunt hypocũdria: et inflant ea: et ledunt caput.

Hic canõ. eſt notus. Reperitur autem duplex littera. Vna que dicit propter victoriam. i. qꝛ vincunt ⁊ ledunt. Alia nõ propter victoriam. i. non expellit natura ſuperfluitates ad inteſtina abraſa: ⁊ doloroſa: niſi multum exuberent ⁊ vincant: ſicut habens vlcera virge nõ mingit: niſi quãdo multa quantitate vrine vincitur: ⁊ mingit inuoluntarie.

Et quandoqꝫ eſt in potu papaueris iuuamẽtum mirabile inſpiſſando materiam ſubtilem: quare digerit in faciendo ſomnum.

Hic infrigidat febrientes acute per potus medicinales. ⁊ eſt canõ. 17. continentis. 4. capitulo. auctoritate Philareti. ⁊ eſt ſermo de ſyrupo de papauere ſimplici. ſ. ſine ſabbat de quo eunti dormitum damus vnciam vnam ⁊ mediã cuꝫ aqua frigida: ſi nobis videtur.

Supra cap. feb. acutarũ in ſpãli. Cap. III.

Quod dictuꝫ eſt in cura ⁊ cibatione febriũ in generali oportet rememorari. Et maxime indiget alteratiuis: que dicta ſunt in principio huius opuſculi ex parte aeris potuũ ⁊ medicinarũ: ⁊ ſpecialiter in hoc indigemus aſſiduatione in ore ⁊ gutture patientis rebus prohibentibus exiccationem. ℞. quatuor ſemi. frigida mi. ſemi. pſilij. ſemi. cito. fortiter conquaſſ. añ. ʒ. ij. ſe. bomba. mundati. ʒ. ſ. ſuc. liquiri. ʒ. i. fiant pui ſacelli in forma amigda. in latitudine tenues ligati: ⁊ intus taſcati: qui ſacelli madefiant in mucillag. quarum recepta ſequitur. ℞. ſemi. immediate dictorum añ. ʒ. ij. conquaſſata fortiter valde infundantur per horam in aquis. ſ. nenuſa. capil. vene. cucur. ⁊ cucu. ⁊ alijs ſimilibus omnibus: vel quas habere poteris: ⁊ poſtquaꝫ aque ⁊ ſemina ſimul per horã ſteterint: videbis ſupernatare mucillag. quã collige. ⁊ poſt ibidẽ tempera ſacellos añ dictos: ⁊ pone vnum in ore patientis: poſtquã ibidẽ paruꝫ ſteterit: abijce ⁊ remitte vt temperetur quouſqꝫ os ſufficiẽter humectetur. Ad idem. ℞. panem ſiliginis. ⁊ Auicẽ. ponit panem ſimule: qꝛ ſimula eſt magis frigida: tñ qꝛ non omnes diligunt comedere panem ſiliginis. in hoc caſu. ℞. panẽ nõ tñ ſimule: ſed aliũ cõtaminatũ ſi venter eſt ſtrictus caue tñ ne ſit groſſus furfu. ⁊ ſi eſſet vẽter nimis laxus: tũc oporteret accipere albiorẽ: ⁊ laua iſtum panẽ in aquis. iij. vel. iiij. ⁊ infunde in vino granatorum multa aqua mixto vel in ace. ⁊ prius refrigerato: ⁊ pone in os patientis: ⁊ ſugat paulatiue: vel ſumendo panem ante dictum in ſuc. vue acerbe: quem Auic. appellat aquã agreſte. Item ad idẽ accipe citrãgulum abiectis corticibus: ⁊ totũ p q̃rtas inciſum pone in aq̃ frigida vbi ſtet p tp̃s. poſtea ſugat patiens ſuccũqꝫ ſi nõ habes citrãgulũ accipe duos limones: ⁊ fac vt dictũ eſt. Iteꝫ ad idem. ℞. pomũ dulce ſi flegmaticus eſt. ſi cholericus acetoſum: abijciatur cortex ſuperior. poſtea incidatur per trãſuerſuꝫ delicate. poſtea fruſta illiꝰ pomi ponant̃ in vaſe delicato pleno aq̃ frigida: prius tñ bullita maſticent̃ fruſta iſtius pomi: ⁊ trãſglutiat̃ ſuccus: ⁊ reliquũ abijciatur. Itẽ ad idẽ valent grana granati preparata. vt dictũ eſt. ĩ. Itẽ ad idem valent mora. ſeminatum

ralq; matura nimis cito corrumpũtur.s.mora celsi: que cũ aqua frigida lauentur: ⁊ succus eorum transglutiatur: et eorum suba abijciatur. ¶ Item in pauperibus cõsueui administrare stipitẽ lactu. vel portulace. vel frusta cucur. refrigerata in aqua: que teneatur in ore: ⁊ quãdoq; sm cões exigentias facio admisceri anetum cum eo. ¶ Nota tamẽ ꝙ patiens nũquã vtaꝛ antedictis: nisi ipse prius lauerit os cum vna parte ace. vel vini malorũ gran. ⁊ .x. part. aq̃ fñs bullite. Et si dubites lesionem partium spũalium ratione aceti: loco aceti vtatur iulep vio. vel ro. vel similibus. vel vbi casus requirit. potest admisceri aque vinũ albũ. ¶ Itẽ Re. poma. pira. ⁊ coctana ⁊ aliquos fructus similes boni odoris: ⁊ incidantur frustatim: ⁊ ponantur in vase aliquo, ⁊ superaspergatur aqua camphorata cuz sandalis: cis additis aceti quar. ʒ. vel paruz vini vbi dubitatur de syncopi vel casu virtutis. ¶ Item lauenꝛ ⁊ epithimentur extrema supra venas pulsatiles cum aqua frigida vel cum alijs infrigidantibus: ⁊ fiat continuatio per spatium ⁊c̃.

¶ De rememoratione accñtium: que difficilia sunt in febribus acutis. Capitulum. xj.

Loquamur itaq; in primis de accidẽtibus: que vehementia fiunt in febribus: ⁊ de curatione eorum: ⁊ festinemus ad distinguendum febres acutas. ¶ Et hec quidem accidentia sunt: sicut rigor: ⁊ frigus: ⁊ horripilatio: ⁊ sicut sudor pluri mus: ⁊ sicut fluxus sanguinis nariuz superfluus: ⁊ sicut vomitus laboriosus: ⁊ fluxus ventris debilitãs: ⁊ sicut sitis: que non tolleratur: ⁊ sicut profunditas somni superflua: ⁊ sicut vigilatio inseparabilis: ⁊ sicut asperitas lingue: ⁊ obfuscatio oris: ⁊ sicut sternutatio continua: ⁊ dolor capitis prauus: ⁊ tussis frequens: ⁊ sicut casus appetitus ⁊ bolismus: ⁊ sicut appetitus caninus. ⁊ singultus.

¶ Post curã generalẽ putridarũ ⁊ acutaꝝ: ⁊ post cañ. cibationis in eis loquiꝛ de remotiõe accñtiuz: q̃ accidũt acutis plus: lz in alijs febrib⁹ possint accidere: ⁊ q: accñtia dicta pñt seq plurimas febres: imo dẽs: lz plima ex eis sequãtur acutas. iõ determinatio de cura accñtiũ est quodãmõ cõis ad spãles curationes febriũ. Gal. aũt cũ ɔsiderauit accñtia esse post febres: posuit earuz curas post illas. ¶ Et ex his soluunꝛ multe qõnes pueriles: q̃s hic q̃ñq; excitauimus.

¶ De regimine rigoris ⁊ horripilationis cum superfluunt. Capitulum. xij.

Quod est de hoc sequens sudorez rectificatur velociter ⁊ non indiget regimine ⁊ cretico. non oportet: vt contrarium fiat per remotionez: ⁊ nõ est de illis: que debilitant: ⁊ que faciunt aliud.

¶ Quod autem sunt accidentia: tot partes habet. sunt autẽ accidentia: que enumerat. 22. ⁊ incipit a regimine rigoris ⁊ curam ponit. Et primo ponit quis rigor est cui nõ debet intendi: q: est rigor post sudorem ⁊ rigor creticus: quia rigor creticus: nec debilitat: nec aliud facit. s. de molestia vel additione morbi: imo cessat: intellige de cretica crisi: quia habet praua accidentia: quãuis sit ad salutem. ¶ Sed dubitatur: quia rigor post sudorez videtur malus. vt dicit afforis. 7ᵉ particule. In sudore rigor malus. igiꝛ debet regi. ¶ Quidam credũt. vt Franciscus de pedemontium: ꝙ ille rigor in sudore non debet regi: quia parum duret: licet sit malus. ¶ Nos dicamus: ꝙ rigor de quo hic loquiꝛ Aui. non est ille: de quo loquitur afforis. hip. quia ille est in sudore ⁊ est malus: ⁊ indiget regimine: sed rigor de quo loquitur hic Auicen. est rigor finito sudore. de quo loquitur infra Fen 2ᵃ. capitulo de narratione signorum bonorum cuz dicit. Horripilatio accidens post euacuationẽ de signis est bonis. Quod autem horripilatio posset dici rigor supra diximus.

¶ Et quandoq; sedantur cuz ligatione extremitatũ ⁊ fricatione facili: ⁊ cũ calefactiõe coperture: ⁊ cuz vnctione de oleo de aneto: ⁊ de camomilla: si indigetur eo.

¶ Hic ponit regimen rigoris indigentis regimine siue curatione: ⁊ primo ponit leuem curaz: que competit leui ex eis. secundo fortiorem curam: que competit fortiori. ibi secunda. (In forti.) Considerandum: ꝙ in corporibus quibusdã sensibilibus multum rigor est accidens molestuz: ⁊ sunt in eo tria molesta: quandoq; quibusdam est fortis frigiditas: ⁊ quandoq; quibusdam est fortis concussio: ⁊ quandoq; quibusdam est malus sensus punctionis. Fricatio autez ⁊ coopertura mouendo calidum ad extra quandoq; sedant ista: ⁊ quandoq; oportet inungere cum oleis: que dicit.

¶ In forti autẽ quando perseuerat siue sit in febribus: siue sit in alijs: oportet vt ligentur extremitates in locis plurimis ⁊ inunctio fiat cũ oleo camomellino ⁊ radice lilij: ⁊ sunt de hominibus qui confortant illud cuz eis: que sunt sicut cardamomũ: ⁊ castoreũ: ⁊ rutha: ⁊ sceha: ⁊ calamentũ: ⁊ baurac: ⁊ piper: ⁊ piretrũ. ¶ Et quandoq; pertransit illud ad administranduz linimenta ex sinapi et assa fetida. ¶ Et quandoq; decoquuntur medicine iste in aqua: deinde coquitur in ea aliquod oleuz. ¶ Et aqua eruce fortis est in hoc capitulo per se sola: aut cuz oleo aliquo: qđ decoquitur cuz ea. Et similiter decoctio ozimi: ⁊ aqua eius. Confectio olei boni. Sumatur autez siccũ: et myrra: ⁊ rutha: ⁊ calamentuz: ⁊ piper: ⁊ piretruz: et coquã tur in vino decoctiõe vltima: deinde decoquatur colatuz in tanto quantuz est medietas eius de oleo sisamino vsquequo cõsumatur aqua: et remaneat oleum: ⁊ administretur inungendo. ¶ Et de oleis fortibus in eis in tali: qualis est rigor quartane: est oleuz de costo: ⁊ oleũ de sceha: et oleuz de abrotano: et oleũ de lilio: et oleũ de myrrha: et ponantur in vncia. j. olei pondus. ʒ. iij. piperis: et sextaʒ. ʒ. i. piretri tritorum: et administrentur: absinthiuz decoctuz in oleo aliquo: aut oleum oliue: in quo decoctum est apiuz. ¶ Et introitus in oleuz leuis caliditatis est iuuatiuus valde. ¶ Et fortasse necessarie sunt potiones. ¶ Et multotiẽs sedatur cũ aqua calida leuis caliditatis: et cum curatione super vaporez eius. ¶ Et quãdo non sedatur per id: si materia ẽ grossa: decoquanꝛ in aqua.

anisum: calamentum: ⁊ semen apij: ⁊ mastix: ⁊ eruca: ⁊ anetuz: ⁊ similia. Et balneetur in aqua in qua decocta sunt ea: que sunt sicut sceha: ⁊ abrotanum: ⁊ calamentũ: ⁊ anetũ: ⁊ sgnantũ: ⁊ rutha: ⁊ sansucus: ⁊ costus: ⁊ semina calida.

¶ Primo ponit modos sedandi rigorem cum rebus ab extra. Scḋo cum rebus assumptis. ibi scḋa. (Et omnes medicine fortis prouocationis.) Prima habet tot quot ponit res ad hoc iuuãtes: ⁊ nõ laboremus in diuisione sine alijs: quia est rigor sine febre. vt supra est scitum. Sceba quidaz dicunt ꝙ est sticados. alij ꝙ est species absinthij: ⁊ putatur ꝙ sit sandonicum dictum ab illa villa. vt Gal. 6. de simplici medicina. capitulo de abrotano in fine. ¶ Considerandũ ꝙ ex his oleis ⁊ vnguentis debet inungi spina ⁊ loca i que plus rigore molestantur.

¶ Et omnes medicine fortis prouocationis sedant rigorem. ¶ Et de medicinis sedantibus rigorem maximum in quartana: ⁊ similibus sibi est: vt bibatur de costo aureus. j. cum aqua calida: ⁊ de agarico quantum de ipso in aqua calida. Et in agarico est iuuamentum: ⁊ quandoqz ponitur cum eo parum opij: quoniam facit dormire ⁊ facit sudare: ⁊ prohibet vehementiam rigoris ⁊ alia. Et iterum ireos quantitas aur. j. in aqua calida.

¶ Et omnes medicine fortis prouocationis. s. vrine vel sudoris potare: ⁊ est notum: ⁊ est pars in qua incipit ponere medicinas: que intus sumunt: ⁊ pmo simplices. ¶ Dubitatur quõ ꝯceditur agaricum in pncipio paroxismi: cũ sit de medicinis solutiuis. ¶ Item quõ opium facit sudare. ¶ Ad primum dicimus ꝙ non vtimur agarico in quantitate: que soluat: sed damus. verbi gratia. dragmaz mediã. calefacit enim ⁊ subtiliat materias grossas: ⁊ excitatio: quam facit ad vomitum est vtilis: ⁊ proprie in principio quartane. ¶ Ad secundum dicendum: ꝙ opiuz per se non facit sudare: sed prouocando somnum: vel remittendo punctionem: qua virtus terrebatur ab euacuatione. ¶ Vel dicendum: ꝙ hoc compositum ex agarico ⁊ opio prouocat sudorem per agaricum: ⁊ facit somnum per opium: ⁊ alia scilicet nocumenta: que sequi possunt ex vehementia rigoris. vt verbi gratia sincopis.

¶ Et de compositis est tyriaca diatesseron: ⁊ electuaria alia: ⁊ diacyminum: ⁊ diacalamentuz: ⁊ diapiperceon: ⁊ syrupus de melle: in quo ferment: sicut assa: rutha: ⁊ piretrũ ⁊ piper. ¶ Pillule experte: que dantur in potu ante rigorem per horam vnam infirmo erecto vel stante super lectum suum: vel scamnum suum: ⁊ aere eius calefacto cum igne: ⁊ cooperimento: quoniam temperant ipsum: aut prohibent. quarũ confectio. ℞. storacis: myrrhe: opij: oppoponaci omnium. añ. partem vnam conficiantur cum butyro: ⁊ sit dosis eius quantitas fabe. ¶ Et iterum sumantur oppoponaci: castorei: dauci: asse: piretri: opij: añ. partes equales fiat. sicut primo sit. ¶ Descriptio bona. ℞. oppoponaci: serapini. aniudem: ⁊ cymini: carmeni: ⁊ seminis apij: ⁊ piperis: añ. aure. j. ß. seminis hiusquiami albi: croci: aristologie: castorei: euforbij: myrrhe: ameos: çinçiberis omniuz. añ. pondus tertie. ʒ. j. seminis harmel. piretri omnium. añ. aur. i. conficiantur cum melle: ⁊ dosis eius sit auellana cũ aqua calida valde. ¶ Et fortasse est necessarium in eo: vt detur in potu vinum calefactum: ⁊ cibi calefacti.

¶ Ponit medicinas cõpositas: ⁊ primo alterantes. secundo cum hoc euacuantes. ibi scḋa. (Et solutio. infirmo erecto vel stante:) hoc sit vt videamus si sit fortis: ⁊ qr si esset debilis non posset cõcedi medicina opiata: vel sit vt pillule melius descendant. Aniudẽ est herba: de qua fit assa: ⁊ vocatur silfium a quibusdaz: ⁊ quãdoqz vocatur siseleos: vt tertio can. Fen. 14. capitulo de cura hydropisis in fine: ⁊ Rasis in antidotario de medicinis ad caput harmelis. Quidam dicũt: quod est cicuta. Alij quod est species rute. Alij quod est ruta agrestis. vt ifra Fen. 6. capitulo de cura morsus viperarum. ¶ Considera autem in his medicinis calidis impressiones subtiliationis materie: ⁊ calefactionis: ⁊ extractionis ad exteriora ⁊ obtusione sensus per opium: ⁊ fortasse: quasi dicat: liz cibus sit prohibitus in aduentu rigoris: quandoqz tamen cogit nos necessitas: scilicet casus virtutis cum illo.

¶ Et solutio ventris cuz eis: que sunt sicut hiera ⁊ dyacitoniten ⁊ dyasinicon: immo quando est rigor prauus: ⁊ proprie sine febre detur in potu pillule fetide: quoniam ipse sunt sanitas eius.

¶ Considerandum: ꝙ ista solutio ventris potest intelligi: ꝙ fiat sedato rigore: ⁊ non in actu rigoris: ⁊ est certum: ⁊ iste medicine sunt note. hiera enim est multaꝝ descriptionum. 5° can. tractatu scḋo. Et tu elige quãuis ꝯm materiã. Dyacitonitẽ solutiuum qnto can. scribitur tractatu 3°. diasinicon etiam ibi scribitur. ⁊ a Mesue: ⁊ dicit a phinico. i. dactilo. Potest etiam intelligi: ꝙ dentur ista solutiua stante rigore: ⁊ hoc esset quando magnum iminet periculum stante rigore: ⁊ nõ esset alia via nisi materie euacuatio: ⁊ fieret hoc securius. si non esset febris: vt est rigor: qui non calefit factus a flegmate vitreo: ⁊ ideo indiget forti medicina: ⁊ vt sunt pillule fetide note: ⁊ vsuales: ⁊ sunt scripte. 9. Almansoris. capitulo de paralysi. ¶ Et considera ꝙ si materie horum rigorum essent in primis venis: ⁊ circa stomachum: ⁊ intestina. vnde in illarum euacuatione non esset labor magnus: vsus solutiuorum dictorum: vt hiere: ⁊ dyacitonitem ⁊ dyasinicon esset magis conueniens. ¶ Et nos non habemus alia experta ad rigoris vehementiam: preter que hic scribuntur. Quidam ꝯo vtuntur in eo potu aque vitis: scz aque distillationis vini rubei ⁊c̃.

¶ Supra capitulum de sintomatibus febrium acutarum. continens rubricas. 17. Capitm. IIII.

¶ De typo siue rigore. Rubrica. I.

Contra typum remedium applicat ab intus: ⁊ ab ex̃. ¶ Ab extra est. ꝓ ꝙ patiens bñ cooperiat pãnis calidis. ¶ Scḋo ꝙ fricent extrema cũ pãnis fricatione tñ non inducẽte nocumẽtuz in mẽbro fricato. ¶ Tertio. ꝙ ligent extrema ligatione forti non inducẽte tñ nocumentum in mẽbro ligato: qḋ sic fit. ℞. pãnum longum vel manutergium ⁊ cum isto liga crura in fine musculorum. ¶ Quarto. igneant lateres antiqui: ⁊ superaspergant bono vino inuoluti in pãnis: applicent plãtis peduz taliter: ꝙ non comburant inferius. ¶ Quinto. põt sedari typus cũ oleis vel vnguentis: cum quibus inungat spina dorsi: que

olea: vel vnguenta sunt duplicia: quia alia sunt: que sunt domestica: vt oleū laurinū ꝛ camomellinum: ꝛ cōposita ex istis que sequunt: vt castoreum: ruta: absint. radi. lilij: calamē. apij. origa. pule. vtraqꝫ saluia. stica. abrota. eruca. ocimū: ciminū: siselcos: siler montanū: anthos: ꝛ silia. ℭ Olea fortia potētia nām violentantia: vel vnguēta sunt illa: que sunt ex medicinis rubificātibus: vt sunt synapis: eufor. piper: piretrū: assa fetida: ꝛ silia. Ex qbus simplicib⁹ vel cōpositis plurib⁹: vel paucis pōt fieri oleū 3ʳ. ꝓmo sic. buliāt dicta pua ebulitione in aq̄: vt succi eoꝝ in oleo nō adurant ꝛ postea deponant ab illa aqua: ꝛ in oleo ponant ꝛ buliāt donec virtus eoꝝ sit in oleo. ℭ Scḋo. pōt fieri ol. sic. buliāt predicta fortissime cū aqua quousqꝫ aqua acqsiuit eoꝝ virtutē: ꝛ postea colet: ꝛ abijciant illa: ꝛ in illis aquis admisceat ol. ꝛ simul buliat cū aqua: tn̄ anteq̄ȝ abijciat comprimant fortiter colādo. ℭ Tertio sic fit. ꝛ melius ista ponūtur in amphora cum oleo: ꝛ buliant in duplici vase: vt supra dictum est. ℭ Oꝫ si vnguenta facere voluerimus. ℞. dictorum pulue. ℥. ij. olei. ℥. i. cere. quar. s. fiat vnguentum.

ℭ Itē per applicata ab intra potest typus sedari tripliciter: alia sunt que mām typi ꝯsumunt a caliditate. Alia sunt: que nō solū caliditate ꝯsumūt: sed ēt vētrem laxādo expellūt. Alia sunt: que mām ꝯculcāt. ℭ Prima sunt: vt costus: origa. calamētū potata cum vino. ℭ Scḋa vt agaricum potatū: qḋ sic parat. ℞. agari. ℥. iij. buliat in aqua q̄ȝtū. s. in paruo potu: post fricet fortiter: ꝛ colādo exprimat: ita ꝙ virtus ide habeat: ꝛ det potui. ℭ Itē valet eodē modo appropriata humori peccāti. ℭ Tertio sunt opiata ministrata: vt opiū: semē iusqami: q̄ mām ꝯculcādo opiiāt: si dent añ typū: ꝛ vt sunt pille Aui. vt ℞. tyria. magne. ʒ. i. fiāt. 9. pille. quaꝝ. iij dent añ typū ꝑ duas horas: ꝛ nota ꝙ ille pille nō debēt dari: nisi mā ꝑus digesta: ꝛ pro magna pte euāta. ℭ Itē pille de stora. ℞. stora. calamite: myrrhe: opij: oppopo. añ. pulueriset: ꝛ addito butyri q̄ȝtum suffi. fiant pille. quaꝝ. iij. dent ante typum. ℭ Item alie pille. ℞. oppoponacis: castoro. asse: pireti. añ. ʒ. ij. opij. ʒ. s. butyri q̄ȝtum suffi. fiant pillule. quaꝝ. iij. dentur ante typū per horas duas vel tres.

ℭ De regimine sudoris superflui in febribus. ℭ Capitulum. xiij.



Portet ne sudor creticus quantum possibile est restringatur. ℭ Quum aūt euenit necessitas ꝛ pertransit terminum: tunc opꝫ vt euentetur ꝛ infrigidetur locus. Si aūt non excusat: tunc sup instrumentum positus: quo pueri vel iuuenes solent in aere: concuti cōmoueatur in loco frigido. ℭ Et non opꝫ vt occupetur in exuccando illud: qḋ rorando egreditur: faciendo exuccationē post exuccationem. nam illud est occasio ad illud ꝓuocādum ꝛ multiplicādum: ꝛ forsan attrahit sincopim. Nā eius abstersio addit in ipsum: ꝛ eius dimissio restringit ipsum. ℭ Et opꝫ vt inungat cum cum oleo ros. forti: ꝛ oleo myrtino: aut cum oleo de salicibus: ꝛ cuȝ oleo de balaustijs: aut fiat oleus cum aquis: in quibus decoquunt cydonia pontica: ꝛ mala pontica: ꝛ rose: ꝛ balaustie: ꝛ karabe contritus: sicut puluis qui apparet in radio solis: ꝛ similia: quoniā restringit. ℭ Et quandoqꝫ restringit acetum mixtum aqua: ꝛ succus agreste: et decoctio balaustiarum: ꝛ decoctio gallarum: ꝛ decoctio myrti: ꝛ succus salicis est mirabilis: ꝛ aqua semperuiue. ℭ Et cuȝ res fit vehemēs liniatur cum mucillaginibus frigidis: ꝛ cum gummi ꝛ ꝓprie cum emplastratur his duobus: ꝛ euentatur. ℭ Et quando vehemens fit res: oportet vt ponatur nix super extrema: ꝛ sola sint in ea extrema: aut balneetur cum aqua frigida: si suffert eam.

ℭ Quia creticus etiā si supfluit restringat. si enim virt⁹ deficiat euacuatio est cohibēda: ꝛ si non tota exierit abundantia. vt Gal'. dixit ꝑ affor. Cum aūt erit necessitas. s. restringēdi sudorem: quicunqꝫ fuerit si supfluit: ꝛ hoc est qḋ dicit: ꝛ pertrāsit terminū. ℭ Dat igit ingenium in restringēdo sudorem per euētationem ꝛ ꝯcussionem in aere frigido: ꝛ rō sumit ab Aristo. ꝓblematum 5°. 37. ꝓblemate: corp⁹ enim nostrum expirat quēdam vaporē: qui circūstat ꝛ calefacit nos ꝛ aerē: ꝛ concussio sequens aerem inouat. ℭ Precipit etiam ꝙ nō abstergat. nam talis abstersio est causa: vt sudor magis exuberet: cuius cām dat Aristo. ꝓble. secundo problemate. 13. Nam sudor remanens non abstersus infrigidatur: ꝛ simil'r opilat poros: ꝛ ideo prohibet sudorem. ℭ Et ꝓcipit fieri inunctiones notas oleo ros. forti: scilꝫ in hoc: sicut est oleū ro. omphacinū. ℭ Nos aūt iam iuuamētum inuenimus in vsu. ro. nouelle dādo de ea in die pluries in dn̄a q̄dā: que post febrē ꝯtinuam lentā sudauit dieb⁹ nouem ꝯtinuo: alia que dicit nota sunt ꝛ causa eorum ꝛc̄.

ℭ Supra caplo de sudore. ℞ᶜᵃ. II.



Udor in feb. oportet ꝯstringi cum applicatis ab extra ingrossando materiam: ꝛ infrigidātibus aerem. ℭ Infrigidantia aerem dicta sunt superius in ꝑncipio huius opusculi. ℭ Inspissantia materiaꝫ sequuntur, primo ꝙ non exsiccet cutis: nec abstergat: solūȝ pāni actu frigidi applicentur sine aliqua abstersione. ℭ Scḋo inungatur cum ol. infrigidātibus: vt cum oleo ros. facto de ro: ꝛ cum oleo de oliuis imaturis conquas. cum oleo nenufa. de salice: oleo mirtino: oleo de balaust. ℭ Item 3° vngatur cutis cuȝ oleis dictis frigidis: qbus administrant: que sequunt. s. suc. citoni. succi maloꝝ grana. pōtico. ro. balaust. lambru. ꝛ quāto est magis transparens: tanto est melior: ꝛ galie perforate: nucis cypressi sicce: acatie: hypoquist. ꝛ similia: cum qbus olea simplicia vel cōposita possunt ꝯfortare. ℭ Quarto lauet cutis cum aceto mixto cuȝ aq̄ agre. vel cum decoctione stipticoꝝ dictoꝝ: vel cū suc. salicis: aut nenufa. vel plātaginis. ℭ Quinto emplastret cum mucillagi. frigidis: qbus addatur gūmi ara. dissoluti. quar. s. ꝛ applicādo mucillagi. sup extrema. si aūt non habeant: applicent res magne frigiditatis sicut nix. ℭ Itē emplastrentur extrema sup venas pulsatiles: succus mādrago. iusqamum: opium: memithe: ꝛ similia: ꝛ loco hoꝝ vbi h̄ nimis debilitant virtutē: ꝛ virtus est debilitata propter sudorem supfluum faciemus aspergere aquam frigidam ab alto super venas pulsatiles brachioꝝ: ꝛ illud continuet quousqꝫ sufficiat vel madefiant panni in aqua ros. vel nenufa. vel alijs aquis addito paꝝ aceti. ꝛ ponat pānus madefactus supra patientem: ꝛ cessabit sudor.

ℭ De regimine fluxus sanguinis narium superflui. Cap. xiiij.



Portet vt non ꝓperetur ad prohibēdum illum: qui creticus est q̄ȝtum possibile est. ℭ Quum aūt est necesse ꝓhibere fluxum sanguinis nariuȝ

in febribus acutis: tunc liga extrema: ⁊ pone ventosas super latus: quod sequitur latus fluxus sanguinis narium. Deinde consequenter adhibe regimen illius loci. fortasse enim possibile erit tibi: vt infrigides: ⁊ restringatur per illud: ⁊ ante: vel non ponas ventosas desuper. ¶ Et distilla in nasum aliquas distillationes predictas in capitulo fluxus sanguinis narium: ¶ Et quum non est prohibens aliquod infrigida caput cum ifrigidantibus predictis in eo. ¶ Et quandoqȝ aduenit patientibus quartanam fluxus sang. narium: quare oportet vt iuues cum facientibus fluere sanguinem ex naribus scitis. in ipso eniȝ est sanatio quartane. Si vero superfluitatem timuerimus: faciemus sicut illud quod fecimus.

¶ Primo facit hoc. Scđo ponit cań. quedā. ibi 2ª. (Et qñȝ) ¶ Considerādum ꝙ curat supfluum fluxū pmo fricationibus ad diuertēdum: ⁊ ventosis sup latus. s. eparis: vel splenis. qđ sequitur: qꝛ si ex nare dextra ponaᷣ sup epar: ⁊ nos inuenimus in hoc iuuamētū: ⁊ ponimus vētosas magnas: ⁊ est laudatū infra Fen 2ª huius regimē loci. s. naris ponēdo: que ad hoc pciplunrur Fen 5ª tertij cań. ⁊ fortasse possibile est tibi. s. vt ifrigides. s. loca capitis: vel loca hypocūdrioꝝ: ⁊ hoc esset regimen illius loci: ⁊ non ponas vētosas desup: ꝙ dupl'r exponiᷣ primo. i. qꝛuis sup loca hypocūdrioꝝ nō ponas vētosas: sed solum illa loca infrigides ⁊ tēperes sanguineȝ: ⁊ sic poterit curari fluxus: ⁊ si voluit: hoc fuit qꝛ suspectus erat de nocumēto splenis vel eparis si illuc trahuntur materie. Scđo modo pōt exponi: ꝙ prohibeat vētosas poni desup. s. circa partes capitis vel colli: qꝛ trahūt sursuȝ materias ab infra ad caput. Et qñ non est phibens aliqđ: scilȝ catarrus vel supfluus sanguis qui esset actu in parte: vnde ifrigidatio capitis nocet in fluxu sanguinis nariū. vt Gal. dixit. 5. de ingenio sanita. 6. ca. ¶ Cōsiderādum: ꝙ qrtana de melāchol ia sanguinea. s. sanguini mixta vel ꝯformi pōt curari fluxu sāguinis ex nare sinistra. ppterea qꝛ respicit magis splenē. ¶ Scimus patrē nr̄m curasse quēdam a fluxu tali superfluo cum potu vini: coopertura pānorum ⁊ ꝓuocatione sudoris. Hec tñ cura non dȝ tentari nisi per virum bone extimationis: qualē credimus eum fuisse.

¶ Supra caplo de fluxu sanguinis narium. Rx^a. III.



Portet ꝓperare ad rectificandum: aut cū approximatis ad extra: aut ab intra. Ab intra sunt cibi ⁊ potus frigidi ingrossantes sanguinē potus vt ace. mixtum cuȝ aqua nenufa. plātagi. portulace: cucu. vel cucurbite. Cibi aūt sunt vt cucumeres: cucur. vel portulace. ¶ Et cū administratis ab extra fit. 6. modis. p̄ applicando remedia sup locū: a quo fluit sanguis: vt si fluat ab epe ponanᷣ epithimata infrigidātia sup epar. Et si a splene qđ cognosciᷣ: tñ a nare sinistra: ⁊ dolor sentiᷣ in sinistro latere ponaᷣ epithima sup splenē: ⁊ illa epithima sunt supra posita. ¶ Scđo applicādo remedia sup locū: per quem trāsit sanguis: vt ponanᷣ ventose sup locū per quē transit: vt si fluat ab epe ponaᷣ sup hypocūdrium dextrū: vel fiat aptio vene grosse: que est inter spatulas: ⁊ applicenᷣ sup spatulas panni madefacti aqa frigi. ⁊ succis frigidis ⁊ aceto: ⁊ talis pānus circūuoluaᷣ collo: etiā in hoc casu valet maxime succus burse pastoris. ¶ Tertio applicando remedia sup locum: per quē expelliᷣ non imediate: sed supra vt tēporibus ⁊ fronti: ⁊ sic vȝ emplm qđ sequiᷣ. Rx. ter. sigil. sang. draco. ań. ʒ. 5. gallaꝝ perfora. aca. hypoquisti. nu. cypres. ań. ʒ. ij. pulueriȝenᷣ subtilr: ⁊ dissoluanᷣ subtilr cū albumine oui: ⁊ suc. burse pasto. ań. qr. 5. ⁊ addita cāpho. ʒ. 5. fiat emplm: qđ applicetᷣ fronti: vel temporibus: vel ponaᷣ inter nares coagulū lepo. vel hedi in modū tente. ¶ Itē aliqui captūt mediam fabā: ⁊ calefaciunt eā per: ⁊ sup locum eā applicant. ¶ Itē aliqui ponūt stercus porci vel asini: sed melius esset capre intra nares sic. Rx. stercus porci: ⁊ ponaᷣ intra pānum lineū: ⁊ fiat tenta: que ponaᷣ in naribus: vel tingaᷣ bombix in suc. vge pasto. ¶ Quarto restringaᷣ fluxus sāguinis nariū distrahēdo mātotꝫ sic: fiat fortis liga° extremitatū vel fortis fricatio in extremitatibus: vel phlebotomia de saphenis: vel de vena brachij: vel applicetᷣ testiculis acetum cum aqua frigida: ⁊ in māmillis in mulierib⁹: qꝛ māmille in hoc casu tenent locū testiculoꝝ. Caue tñ de infrigidatione testiculoꝝ in vxoratis: siue taliuȝ membroꝝ: quia aliquādo inducitur nocumētum propter nimiam infrigidationem. ¶ Quinto restringiᷣ per aliqua: que portantur valētia a tota ꝓprietate: vt sunt ematbitis: corallus: iaspis. ¶ Sexto restringunt aliqui cum characteris factis de ꝓprio sanguine: ⁊ hoc est hypocrisis.

¶ De regimine est vomit⁹ q accidit eis. C. xv.

Reticus iteruȝ non abscindatur: nisi apud necessitatem: ⁊ fm plurimum abscindaᷣ in eis per vomitum: ⁊ per adiutorium eius: quo extrahitur humor nociuus: sicut est syrupus acetosus: ⁊ aq̄ calida. ¶ Et quādoqȝ est necessariū vt ꝯfortet virtus. quare ponatur loco syrupi acetosi puri syrupus acetosus cum seminibus.

¶ Primo premittendo qui non debent curari ponit qđdam cōe regimen. Scđo spāle. ibi scđa. (Et si humor.) Primum dcm̄ verificaᷣ ex hoc ꝙ vomitus curat vomitum ⁊ fluxus fluxum: vt 3° cań. Fen. 16. caplo de cura colice. ¶ Considerandum ꝙ si materia est ꝯuenienter habilis eductioni sufficit ad cōplemētum eductionis per vomitū syrupus acetosus simplex cum aqua calida: vt notū est. Si autē materia est grossa indigēs fortiori diuisione ⁊ subtiliatione: tūc daretur syrupus acetosus cum seminibus anisi feniculi: ⁊ similium. Et ꝯsidera ꝙ illa est cura nausee, circa que nō cessat propter materiā: que debet expelli vomitu.

¶ Et si humor est imbibitus ⁊ grossus: tūc opȝ vt fiat solutio dando in potu: qđ est sicut aloes ⁊ hiera. Et quando non est imbibitus fortasse confert hiera ⁊ aloes.

¶ Hec est scđa pars: ⁊ diuidiᷣ in quattuor. pmo ponit curā: quādo est humor imbibitus ⁊ grossus. scđo qñ imbibitus non grossus. tertio qñ non est imbibitus. quarto specialiter ponit regimen cholerici ⁊ melāncholici vomitus. ibi 2ª. (Et si est.) ibi 3ª. (Et nō imbibitus.) ibi 4ª. (Et quando.) ¶ Considerādum pmo circa pmā partem: ꝙ iste humor imbibitus grossus pōt esse de nā phlegmatis: vt plurimū enim hi duo humores exuberāt in stomacho: tñ plus videᷣ conferre quādo mā est flegmatica hiera ⁊ aloes. saltem qꝛ nō est suspitio de nocumēto calefactionis. Dicit autem aloes ⁊ hiere: qꝛ ambo simul. solum enim aloes non sufficit in eductione grossorum humorum: sed opȝ vigorare illud cum speciebus elefanginis: que sunt in hiera: ⁊ ideo hiera per aloem illos euacuat. vt intelleximus. 7. terap. ⁊. 6. de regimine sanitatis: ⁊ ex capitulis de aloe. ¶ Sȝ tu dices. quare dixit aloes: cum sufficeret dicere hiera: quia in hiera ingreditur aloes. ¶ Dicendum ꝙ hoc dixit vt notabilis quantitas sit aloes: ⁊ hiere pcesit aloes vt sit multum eius

dominium: sed quando humor non est ībibitus: quāuis sit grossus: non requiritur nisi odium aloes. ⁊ ideo dixit hieras: ⁊ aloes postponēs aloem: quantitas autē dosis aloes: vel diminutionis sm̄ humoꝝ dispositionem mensurat̄ exti matiua medici. Per has aūt hieras intellige hieram Gal. ⁊ illas: quas vocat cōmunitatis vel vniuersitatis libro 5°. Dixit autem fortasse: q2 possibile est cū aliquo leuiori educ dicit cum aqua mellis: vel oximelle.

¶ Et si est imbibitus non grossus: mundat ipm̄ syrupus acetosus cum aqua calida: deinde equat ipsum post illud aqua granatorum: que bibatur. Quod si euomuerit eam: bibat ipsam vice alia: donec equetur ⁊ quiescat. ¶ Et similiter syrup⁹ de menta cū granis granatoꝝ. Et fortasse sedat ipsum infrigidatio stomachi.

¶ Hic ponit q humor est imbibitus nō grossus. ¶ Cōsiderādum q iste humor est intelligēdus cholericus: q2 plurimū est talis: q̄uis tñ posset esse aliqd phlegma subtile ībibitū. Intēdit igit̄ Auic. ad duo. p̄ ad illius humoris eductionē: ⁊ hōc fit per vomitū ꝓuocatuz sup syrupo acetoso dato cū aqua calida vt lauet: ⁊ aperiat poros: ⁊ nō ꝯstringat: ⁊ q2 humor est subtilis sequit̄ in euōne. Scd̄o intēdendū est ad equationem ipsius humoris: vel ipsius stomachi: ⁊ hec equatio: si est humor cholericus est īfrigidatio ⁊ ꝯfortatio stomachi post euōnem: ne amplius recipiat: ⁊ hōc fit cum aqua .s. succo granatoꝝ .s. acetosoꝝ iterata: si expedit. Si aūt fuerit flegmaticus syrupus de mēta cū granato. de hoc descriptionē bonam lege a Mesue in antidotario: Et ego illo vtor: ⁊ inueni vtilitatem in materiebus tā cholericis q̄ flegmaticis: ⁊ fortasse infrigidatio .s. ab extra: vel potus rerum frigidaꝝ. verbi gratia: frigide aque qñ esset aliq cholera subtilis feruens. vnde qdam stomatici curati sunt potu illius. vt .3. cañ. Fen. 13. ca. de debilitate stomachi.

¶ Et non oportet vt approximet rebus ponticis: ⁊ sedantibus vomitū cum ponticitate sua: ⁊ acetositate sua stiptica ille: qui vomit propter humorem imbibitum: quia est malum: ⁊ addit imbibitioni: sed non imbibito: fortasse facient eū deijcere deorsum quāuis sit grossus: ⁊ fortasse iuuabunt virtutem stomachi ad expellendum eum per superiora.

¶ Cōsiderādum: q illa stiptica nocent maxime: qñ interius assumunt̄ in casu p̄dicto: q2 claudūt poros stomachi: ⁊ magis ībibunt: ⁊ īpingūt mām in stōm: ⁊ ideo si nō esset ībibita ꝯfortādo stōm iuuaret ad euonē: ⁊ dixit fortasse: q2 poſſe est non sic ꝯstringere. Si aūt ista stiptica emplastrent̄ ab extra nō sic est suspicādū de eoꝝ nocumēto. imo poſſe est: q premant illas māas infundū stomachi: ⁊ poſſe est q simul ꝯstringant illā in ptes stomachi: indiget igit̄ hac ꝯsideratione. Dynus aūt sup quarta p̄mi cap. 23. istū textū absolute videtur adaptare ad ea: que sumunt̄ interius: si quis ꝯsiderat.

¶ Et quando assiduauerit vomitus de cholera: ⁊ non fuerit de genere imbibiti: tunc vtere stipticis ⁊ proprie emplastris iuuantibus factis ex corticibus granatoꝝ: ⁊ gallis: ⁊ his similib⁹ cum vino permixto: aut aceto permixto.

¶ Hic cañ. videt̄ dare intelligere: q humore existēte cholerico nō imbibito: stiptica: quibus vtimur: sunt ꝓpie in forma emplastri. nam nullam suspitionē faciunt de imbibitione: q2 stiptica sumpta interius: quāuis humor nō esset imbibitus: possunt facere illū imbibi vino aut aceto: hoc est sm̄ q materie requirunt infrigidationem per acetum: ⁊ stomachi confortationem per vinum.

¶ Et ad vomitum qdem cholere nigre supfluū submergatur spōgia in aceto: ⁊ ponatur super stomachum. Quod si necessarium fuerit aliqd fortius: administra medicinas predictas in capitulo retentionis vomitus.

¶ Iste cañ. est positus .p̄ lib. Fen. 4. cap. de regu. vomitus: ⁊ lib. 3. Fen. 13. de cura malaꝝ ꝯplexionum stōachi cū mā ⁊ oppilationū eius. ¶ Dynus supra .4. Fen. p̄mi cañ. imaginat̄: q ista cholera nigra sit adusta. Acetū aūt ꝯfortat stōm sua stipticitate: ⁊ ēt est exiccatiuū ⁊ subtiliatiuū: ⁊ repugnat caliditati eōnee. dz aūt poni cū spōgia: q2 minus grauat: ⁊ dz poni actu calidū. ¶ Nos dicamus: q in hoc cañ. nunq̄ dedimus magnā fidē: ⁊ expiri voluimus hoc: ⁊ q̄nq3 inuenim⁹ vtile ēt in melia fecali: ⁊ posuim⁹ filtrū cū aceto acuto actu fortiter calefacto: sed q2 alia remedia nota vtiliora sunt iō dimisim⁹ vsum eius: ⁊ forsan hoc idē intellexit Aui. cū dixit. O. si necium. ⁊ videt̄: q hoc remediū sit ad illū vomitū retinē dum: ⁊ sine dubio acetum est potens in hoc.

¶ Supra ca. de cura vomitus ⁊ ꝓuocatione. Rᵉᵃ. IIII.

In curatione vomit⁹ debilis recurratur supius ad ca. de cura eiꝰ. causate ex satietate nauseatiua. ¶ Fortis autē vomitus sic fit. Ellebori al. q2 nigrū ducit p secessum .ʒ. ij. ꝯquasset̄ fortiter: ⁊ bulliat in lib. i. s. aque: ⁊ colet̄: ⁊ colature addat̄ olei cōis: ace. añ. ℥. ij. ⁊ det̄. ¶ Alius est vomitus mediocris: q sic fit. ℞. raffanum bo. ⁊ incide per mediū: ⁊ imitte ellebori al. quātum vis: ⁊ stet sub terra .ix. dieb⁹: ⁊ postea abijciat̄ ellē ⁊ raffa. fortiter ꝯquasset̄: ⁊ bulliat in lib. i. s. aque: ⁊ colet̄: ⁊ colature addat̄ olei ⁊ ace. vt dcm̄ est. ¶ Nota q in corporibus dispositis ad vomitū: dz ꝓuocari post cibum: vnde lz ois euō sine fuerit per stōmiam: sine per alias euones, sit fienda ieiuno stomacho: in quibusdam tñ necessitatibus potest fieri post cibum: vt in proposito: q2 post cibum natura magis contristatur. ⁊ sic vomitus facilius prouocatur.

¶ De regimine fluxus ventris qui accidit eis.

¶ Capitulum. xvj.

Iam singulariter in capitulo fluxus ventris locuti sumus in hac intētione. ergo redeamus ad illō. ¶ Et de illis: que conferunt ex via ciborum: sunt almes torrefacti: ⁊ lentes torrefacte: ⁊ coriandrum: quodcunq3 hōrum duorum fuerit elixetur: ⁊ fundatur aqua ab eo: ⁊ proprie quādo fit acetosum cum granis granatorum: quoniam est bonum.

¶ Remittit nos ad tertiū librū Fen. 16. ⁊ ad p̄ᵐ Fen. q̄rta. Almes est legumē dictū pise: vel robilie: ⁊ apud alios fascolis: alij q est qōdam legumē apud saracenos: ⁊ inueni̇t a iesuali pro crisomilo: ⁊ de eo inueni̇t caplm̄. 2. cañ. ⁊ di meyse: ⁊ in suma non apparet: quid sit torrefacti: q2 addit stipticitatē: ⁊ fundatur aqua: vt sit residuum magis stipticum.

¶ Supra cap. de cura fluxus ventris. Rᵉᵃ. V.

¶ Hi sunt cañ. in digestis, et euatiuis, et rectificātib⁹ malitiā nutritiuoꝝ et icipit iuuare nāꝫ idigerēdo cū syrupo ace. etc̄, vbi grā. deť in mane pro digestiuo syrupi ace. simplicis. ℥. i. geleniabin. i. zuccbari, vel mellis ro. ℥. s. et nos loco istius vtimur. ℥. s. syrupi ro. de roſ. recētibus. et sit ħ qñ tertiana nō multū elōgaf a pura, ꝙ si lōgior ē: et mā grossior: deť syrupus ace. d̄ radicib⁹. s. fenl. et petro. vel a pn° deť syrupus acetosus simplex: et versus finē pncipij detur de radicibus.

¶ Et post septimuꝫ: sicut decoctio absinthij: est enim iuuatiua subtiliatiua materiei: et cōfortatiua stomachi. Et fiat aqua feniculi, et aqua apij cum syrupo aceto. Et si pertransit. xiiij. tūc nō est maluꝫ dare in potu trociscos roſ. minores.

¶ Et post septimū. i. post apparitionē digōnis: et ita Auicē. intelligit: et sic vult Halyab. in hoc cap̄. Absinthiū. n. ante digōneꝫ nocet: vt infra in cap̄ de hemitriteo: et procedit ad magis prouocantia, vt notuꝫ est. Et si pertransit. xiiij. dies scꝫ iam factis euōnibus et febre existe i declinatione da trociscos rosatos minores: 5° cañ. inuenies multos trociscos de rosis. Et forsan p minores intelligit eos: q non recipiūt scamoneā: et sunt breuis descriptionis: in quibus est infrigidatio et ꝯfortatio ꝓpter stipticitatē quādā: q non ꝯueniunt nisi post digōnē, vt apparuit supra in fine gñalis capituli.

¶ Si aūt egritudo p̄lōgatur: non inuenimus excusationē quin demus ea: que sunt sicut trocisci de eupatorio: et d̄coctio eius: et calefactio partiū hypocūdriorū est huius generis. et emplastratio mirach eorū iterū cum eis: que digerunt et maturant: et mollificant tensionem cum venerit illic. Cuꝫ ergo sciueris: ꝙ digestio iam aduenit: tūc euacua et prouoca: et non cures.

¶ Hic facit nos Aui. imaginari vnā tertianā nō purā prolixam. Illa. n. que p̄cessit iā finita est post. xiiij. die: et nō mul

to plus vltra. Jstam aūt imaginatur multū extēdi. vbi gratia. ad mēses duos vel tres. Et q̄ talis malignat nutritiua oppilādo illa, ⁊ laxando, ⁊ debilitādo, ⁊ cōgregādo in eis mās multas. Un̄ homo pōt hydropicus fieri: ideo intendit ad hoc trociscis de eupatorio: ⁊ cū emplis ⁊ fomentationibus hypocūdriorū. Dabimus autē trociscos de eupatorio distēperatos cū syrupo, quē sumit in mane. Et q̄ homines hos trociscos: imo omnē trociscū vehementer abhorrent: ideo nos facimus addi ad syrupū de radicibus res conuenientes ad hāc intētionē. verbi gratia addimus eupatoriū, scolopendriā, tamariscum, cuscutam, ⁊ q̄nq̄ assaꝝ, ⁊ squinantum ⁊ similia. ¶ Et calefactio. s. leuis ⁊ cōformis: vt cū oleo de spica ⁊ absinthio mollificāt dilatando poros ⁊ trāspirando materias: vt camomilla cū pauco absinthij ⁊ spice: ⁊ quandoq̄ squināti, ⁊ calamēti: ⁊ similiū: ⁊ tu intellige debere fieri curam aliā preter istā que prouidet malitie nutritiuorum: fac ergo vbi expedit phlebothomiā ⁊ vomitū: ⁊ clysteria: ⁊ dent̄ medicine minorantes materiā ⁊ det̄ syrupus digestiuus. Cū ergo sciueris, q̄ digō perfecta iā euenit: tūc euacua. s. farmaco euacuante exsoluendo: ⁊ prouoca. s. vrinam fortioribus prouocatiuis, ⁊ nō cures. Quidā exponunt. i. non intendas ad alterādū: sed plus ad euacuādum. Alij. Et nō cures. s. de alijs intētionibus: sed p̄ᵐ intendas ad euādum. Nos diximus cū hac expōne hanc aliā: non cures. i. non dubitanter agas: postq̄ est digesta materie digōne pfecta. Jn tpe aūt ante hoc, si euacuabas cū farmaco: aut prouocabas vrinam: dubitāter hoc faciebas: q̄ materia non erat preparata. Sed digesta materia euacuatio ⁊ prouocatio securius conceditur: q̄ ex parte indispositionis materie non potest sequi nocumentum.

¶ Et de euationibus bonis eis est: vt sumātur hyerepigre. ℥. v. succi lactuce: ⁊ eupatorij ambōrum. ℥. iij. seminis apij: mirobol̄. citri: kebulorum. añ. ℥. v. turbith. ℥. vij. fiāt pillule ex eis. cū aqua apij: ⁊ sit dosis eius. ℥. ij.

¶ Primo ponit medicinas quasdam solutiuas. 2° ponit quēdam cañ. ⁊ s̄m illius sententiam ponit alias quasdā solutiuas medicinas ibi scd̄a. (Et fortasse.) Primo in duas, sicut duas ponit descriptiones. ibi scd̄a. (Et de illis.) hierepigre accipitur cōis pigra: quando sic absolute profertur quam Aui. 5° cañ. ponit ⁊ Gal. 7. terapē. reliqua sunt nota.

¶ Et de illis est decoctio bona inuentione nostra. ℞. eupatorij, absinthij, mirobol̄. kebulorum. añ. ℥. v. seminis melonis: seminis cucume. ⁊ citrul̄. sc. apij: polipod. çuchaha: bedeguard omniū: añ. ℥. x. turbith. ℥. i. cassiefi. ℥. vj. passularū enucleatarum. ℥. xx. ficuū. x. numero: sebesten numero. xxx. geleniabin facti cum ros̄. persicis pondus. ℥. xv. decoquantur omnia s̄m descriptionem huius. Et sumatur de ea cadus magnus: in quo posita sit filiqua. i. scamonee.

¶ Zucbaā est vna spēs spine: bedeguar est alia: sed sunt propinquissima in virtute: ⁊ iō vna sola de eis vtimur. s. spina alba, que est çucbaā vel apud alios est bedeguar. Rose psice sunt manerieꝭ rosaꝝ apud eos cadus magnus est mēsura q̄tuor vnciarū, apud alios. ℥. iij. Siliqua. i. grana quatuor: ⁊ nō intēdimus verificare has receptas. Modus eni gn̄alis scriptus est a nobis sup 5° cañ. ⁊ si tu habes notitiā simplicium facile est tibi: ⁊ ibidē scripsimus modum inueniendi dosim in medicinis solutiuis compositis.

¶ Et fortasse necessaria est medicina fortis vno mō: debilis alio mō. Eius ꝟo fortitudo est s̄m hoc: q̄ ipsa euacuat humorē viscosuȝ: sȝ ipsius debilitas est s̄m hoc: q̄ ipsa non euāt. plim vice vna: imo posē est vt fiat gradatio in ea: q̄re euacuet humoreȝ: cuius euō est necessaria multis vicibus: vt nō destruat virtutē. Et hec medicina est: que pōt subtiliare ⁊ aggregare: ⁊ soluat paꝝ eius: ⁊ soluat plim eius: sed parū: paruȝ ex malo: ⁊ plim: plim ex malo. De decoctionibus ꝟo paꝝ fortasse facit aliqd. ¶ Et huius quidē medicine est: vt sumātur turbith quātitas. ℥. s. ⁊ plus s̄m necessitatē: ⁊ scamonee proprie altu sugi. i. aut supra id: et conficiatur cū geleniabin predicto: ⁊ bibat̄. ¶ Aut sumatur de agarico ⁊ scamonea s̄m hāc cōpositionē: et ꝯficiat̄ cuȝ geleniabin p̄dicto ⁊ bibatur. ¶ Aut ponatur i succo rosarū recentiuȝ: cuius quātitas sit vnc. i. ⁊ ibibatur cuȝ syrupo ros̄. et bibatur.

¶ Dixit fortasse, q̄ nec̄itas haꝝ medicinaꝝ solutiuaruȝ est qn̄ tertiana nō vera est ꝓlōgata multū. Jn illa autē q̄ valde ꝓpinqua est pure nō soluimus cū pharmaco euānte exsoluēdo añ digōnē pfectam. Et si soluimus, soluimus cū v̄tute eius ⁊ nō suba. ¶ Dubitat Frāciscus quō euāt humorē viscosum. si est digestus. ¶ Dōm q̄ ante pfectaȝ digōnē euāmus minoratiue: ⁊ tūc est viscosus tāta viscositate: quantā diminutionē hȝ in digōne. sed humori grosso viscoso iaȝ digestio debet̄ viscositas quā hȝ ex spē: lȝ sit digestus. vn̄ flā digestū adhuc hȝ de viscositate: inquantū flā: quam non hȝ cholā: ⁊ pōt dici humor viscosus. s. p̄. ¶ Cōsiderādū q̄ necessitas huius medicine fuit pp multā māȝ: ⁊ difficilis eductionis. ⁊ pp virtutē. Nō. n. poterat dari in vna vice medicina totū humorē educēs: q̄ v̄tus nō sustinuisset. opȝ ergo in p̄ibus vicibus dari, vt nō destruat̄ virtus: ⁊ h̄ est qd̄ dicitimo posē est. vt fiat gradatio in ea. i. det̄ in pluribus vicibus. Dici post, q̄ hec medicina est, q̄ pōt subtiliare ⁊ aggregare: qd̄ q̄dā male intelligūt. i. pōt dari diuisim in multis p̄tibus: ⁊ pōt simul dari. s. plures ptes simul. Alr̄ dicamus. s. q̄ hec medicina solutiua, de qua Auic. loqtur est: q̄ recipit corpora medicinarū: sicut fuit medicina predicta, q̄ recipiebat hierāpigrā ⁊c̄. ⁊ sicut sunt medicine: quas in fine huius capl̄i describit. ¶ Sȝ si ꝯsideras in illis medicis intrāt aliq̄, que soluūt ventrē: aliq̄ que subtiliant mās grossas: sicut semina apij turbith, ⁊ agaricus, ⁊ scamonea: cum hoc q̄ soluūt ⁊ subtiliāt mās: mirobolani aūt ⁊ geleniabin aggregāt. i. ꝯfortāt mēbra cū stipticitate sua. hoc ergo voluit Aui. Jste medicine artificialr̄ composite p̄nt subtiliare mās ⁊ aggregare. i. ꝯfortare mēbra: ⁊ cū hoc soluere mās difficilis eductionis. ¶ Dicit postea. ¶ Et soluat paꝝ ei⁹. Ubi vult facere cōparationē inter medicinas, que recipiūt corpora medicinaꝝ: ⁊ eas q̄ recipiūt virtutē, ⁊ decoctionē: q̄ si cōponis medicinam ex corporibus medicinaꝝ solutiuarū: tunc paucū ex ea paꝝ soluit: ⁊ plurimū, plim soluit ex malo humore. v̄bi gr̄a. talis medicina fiat. ℞. turbith. ℥. i. scamonee gra. vi. ꝯficiantur cū syrupo ros̄. de rosis recētibus: cuius quātitas sit duaꝝ dragmaꝝ: totuȝ hoc est. ℥. iij. ⁊ grana. vi. si de hac medicina des. ℥. i. s. sufficiēter soluit vltra. viij. assellas: nisi contradicat natura hois vel clima: ⁊ si des illam totā plus soluet: ⁊ si das parum, vt. ℥. i. paruȝ soluet: q̄ faciet assellare tribus, aut q̄tuor vicib⁹ de mā grossa ⁊ mala: talis ergo medicina est: cuius paꝝ: parū euacuat de malo: ⁊ cuius plim, plurimū euacuat de malo. ¶ Sed si tu facias vnam decoctionē ex eisdem solutiuis, parū de ea non facit illud. Unde vnus cadus de ea parum soluet: ⁊ nō

educet mãmcuius difficilis est euacuatio, vt notũ est: cum nõ sint: ita potẽtes solutiue medicine in decoctione, sicut in subã: multa aũt quantitas decoctionis est abominabilis ⁊ repiẽs. Ex hoc ergo Aui. vult q si vis cõponere medicinã fortẽ ⁊ debilem, vt dixit cuius parũ euacuet paꝝ ex humore maio viscoso difficilis motus: ⁊ multũ euacuet multum cõponens ex corporibus medicinaꝝ: ⁊ nõ facias illã decoctionem: ⁊ ꝑm hãc legẽ ipse cõponit tres medicinas ex medicinarũ corporibus. ℭ Prima est. ℞. turbith. ʒ. ß. scamonee prope altessagi idest gra. iij. ꝑm necessitatem: qꝛ ista possunt esse vna dosis: ⁊ forsan indiges maiori dosi: vel qꝛ addas turbith: ⁊ minuas in scamonea ꝑm elõgationẽ nõ pure a pura. ℭ Secunda medicina accipit agaricum, ⁊ est sicut predicta: ⁊ iste due medicine maxime conueniunt in terciana non pura satis elongata a tertiana pura. ℭ Tertia medicina aut ponatur. s. scamonea in succo ⁊c. Et illa competit in tertiana non pura propinqua pure, vel põt dici, aut ponatur. s. quodcunq; solutiuum predictũ est notum.

ℭ De febre causon: ⁊ est illa: que nominatur faricos. Capitulũ. xli.

Causon est ꝑm duos modos: aut enĩ causon est cholerica: ⁊ est causa in ea multitudo putredinis: aut intra venas corporis totius: aut i venis: que sequuntur partes cordis proprie: aut in venis partium oris stomachi: aut in epate: aut phlegmatica: ⁊ fit ex phlegmate salso putrefacto in venis: que sequuntur partes cordis: sicut dixit Hippo. in epidimia.

ℭ Posuit sermonẽ in tertiana interpolata ⁊ ꝯtinua: seqtur sermo in causone dicto a caumate. i. icẽdio: ⁊ in ꝑ cap̃ ꝑ notificat eius spẽs. secũdo tẽpus perdurationis. 3° ponit corpora apta ⁊ inepta ad casum in causonẽ. 4° ponit dictum Hippo. ibi secũda. (Et quoniam.) ibi tertia. (Et senibus.) ibi quarta. (Et Hippo.) Questio. I.

Dubitatur quomodo dicit causonem fieri ex cholera in venis totius corporis: cũ supra hoc non dixerit, quan lo notificauit causonẽ. ℭ Amplius. ista esset continua. ℭ Dicendum, q quãdo cholera non solum in propinquis venis cordi: sed longinquis abũdat putrescens: tunc homo forte cauma ꝓprie patitur ⁊ causon dicitur. Et ideo iste sermo cõpiet diminutum sermonẽ supra positum. Sed quando dominatur cholera in venis nõ propinquis cordi: tunc est ꝯtinua distincta a causone. Et Gal. videtur sciuisse istum modum causonis. s. ex cholera dominante in venis totius libro quarto regiminis aco. cõmento ꝑmo. ℭ Dubitatur, quare causon non fit ex cholera: cui parum miscetur phlegmatis, sicut tertiana non pura: ⁊ tamẽ dicimus illum fieri a phlegmate salso. ℭ Dicendum q forsan intelligitur ex iaꝫ dictis, q sicut tertiana interpolata ⁊ tertiana continua possunt fieri a cholera pura, ⁊ a permixta: ita causon ⁊ proprie a permixta pauco phlegmati. Uel dicendum, q causon dicitur a caumate significato per sitis vehementiam: ⁊ hoc accidens plus facit phlegma salsum: ⁊ cum hoc adiuuat ad esse causonis: qꝛ motus phlegmatis est magis vniformis: ⁊ magis propinquus cõtinue inseparabili non habenti manifestam quietem.

ℭ Et non fit phlegma salsuꝫ: sicut sciuisti: nisi ex aquositate phlegmatis cũ cholera acuta.

ℭ Considerandũ q notificat solum vnam speciem salsi phlegmatis: ⁊ ex hac proprie fit causon: ⁊ ex hac est in summa etiam cholerice: ⁊ est phlegma salsum acutius q̃ꝫ illud qđ fiat per viam putrefactionis vel adustionis perducẽtis ad cinerem remanentem in ipso phlegmate. Uel dicemus, q vtraq; spẽs salsi phlegmatis tangitur: ⁊ tunc exponetur cũ cholera acuta. i. cũ humore acuto, siue sit cholera, siue aliqua pars phlegmatis adusta. Dixit autem ex aquositate, qꝛ sapor salsus ex humido aquoso fit: cui permiscetur terreum adustũ vt declaratũ est primo lib. ⁊ secũdo cap̃ 3°.

ℭ Est ergo cholera: que putrefit: aquositas permixta aquositati plurime.

ℭ Hoc dixit, vt ostendat causon: si fit ex phlegmate salso maxime fit per illud: vt includit cholere virtutẽ: vñ illi phlegmati aduenit acuitas: ⁊ vt ostẽdat, q illa cholera est cholera: ⁊ nõ pars phlegmatis adusta: vt velit q fit ex phlegmate salso facto ꝑ cholere mixtionẽ: nõ per statis putrefactionẽ ꝑm q prius exposuimus: ⁊ iõ dicit. Est ergo chol'a, q̃ putrefit. s. q̃ chol'a est pars phlegmatis salsi: aquositas. i. cholera humoralis: q̃ fuit vera chol'a: ⁊ nõ est cinis permixtus aquositati. i. mãe phlegmatice plĩme: qꝛ in quãtitate sua vicit: sicut in sapore salso aquosum dominat' supra amarum.

ℭ Et qm̃ causon vehemẽtiora hꝫ accidentia q̃ꝫ tertiana: opꝫ, vt sit breuioris spacij q̃ꝫ ipsa.

ℭ Et cã est, qꝛ natura diu fortia accidentia tolerare nequit.

ℭ Et senibus quidẽ paruꝫ accidunt febres causonidis: ⁊ cum accidunt eis, pereunt, quoniaꝫ non fiũt in eis: nisi causa valde forti. Amplius eorum virtutes sunt debiles. ℭ In iuuenibus autẽ ⁊ pueris plurimũ accidunt. ℭ Et est in infantibus leuior ꝓpter humiditateꝫ eorum. Et qñq; est i eis cũ profundatione somni propter eleuationem vaporum ad caput.

ℭ Q, ꝑmo dicit pꝫ per cãs: quas posuit: ⁊ disputare de hoc esset disputare de aphoris. In morbis minus periclitantur egrotantes. Questio. II.

Et est infantibus leuior. ℭ Cõtra. Quia non fit etiam in eis nisi a cã forti: cũ sint humidi complexione. ℭ Dõm, q si ad equalẽ siccitateꝫ veniret infans: ⁊ iuuenis in causone: esset peior in infante: ⁊ nõ sic intelligit Auic. ⁊ ħ est solutio cõis. Uel aliť dõm, q causon est ꝑncipaliter calidus morbus: ⁊ huic plus resistit senex q̃ꝫ faciat infans: ⁊ iõ de cõi euentu si accidat causon in sene periculosius est q̃ꝫ si accidat in puero siue infanti. nã infans per calidũ est aptus inflãmari: ⁊ eius caliditas sustinet calorẽ obtusum. Ad cõtrarium cum di, q causon non fit in infantibus nisi a causa forti. Dicendũ q falsum est. qꝛ in causone in sui ratione nõ est necessario febris sicca, sed calida. ℭ Et quãdoq;. Q̃uis enim causon faciat vigilare ⁊ tamen quãdo accidit infantibus: in qbus sunt multe humiditates aquose subtiles ascẽdit ad caput multa euaporatio, ⁊ deinde fit somnus.

ℭ Et Hip. quidẽ dixit, q si alicui accidit in febre causon ⁊ tremor: tũc permixtio mẽtis soluit ab eo tremorem. ℭ Et est simile vt sit illud: quoniam cerebrum calefit valde: ⁊ calefiunt nerui. ℭ Et est simile vt sit causon: ⁊ sit ꝑmixtio mẽtis: ⁊ resoluatur ab eo per tremorẽ propter expulsionẽ materierũ ad neruos. ℭ Et plurimũ quidẽ ꝯsumitur cũ vomitu ⁊ solutione vẽtris: aut sudore: aut fluxu sanguinis narium.


ℭ Primo ponit apho. Hippo. secundo expositionẽ. ibi. (Et est simile.) Aphorismus scribitur super. 6. pticula sic. ⁊ est apho. 26. Quibus in causonide tremores fiũt alienatio soluit. Quẽ aphorismũ Gal. damnat dicẽs, q si mã qua nascitur causon, que est intra venas ⁊ arterias: mittetur ad ner

nos facit tremorē: ꝛ cerebro patiēte ex hac neruoꝝ passione fit alienatio: causon ergo dissoluit: sꝫ tñ hec est peior passio .s. tremor ꝛ alienatio q̃ꝫ sit causon. Sed Hip. nō sic cōsueuit dicere: q̄ñ de solutione egritudinū loqtur. Cū ergo Auicē. cōsiderauit dicta Gal'. nō fuerunt sibi visa sufficiētia: sed visum est sibi, ꝙ sermo Hip. possit esse verus, vt apparet 3° can̄. fen scd̄a. ca. de tremore. Et ibi ꝓmisit verificare hunc aphorismū: cum dixit, ꝙ Gal'. nō cōcedit aphorismū verū: tñ nō est de his, q̃ non habēt modū verificationis: ꝛ lō cōpiet hic istud: ꝛ dat duos modos veritatis illius apho.

¶ Unus est, ꝙ est simile .i. verisimile vt sit illud: quando cerebrū calefit valde, ꝛ calefiūt nerui. Imaginari igit' nos facit Aui. ꝙ cū causone fit tremor, q est malus motus: ꝛ accidens aialis virtutis factus a mā .s. flatica, ꝛ pōt fieri q: hō ꝓus habebat hūc tremorē: ꝛ pp multū vsum reꝝ calidaꝝ multiplicata est mā: vt sit causon. Et pōt esse aliqs hō calidi epatis, ꝛ frigidi ꝛ humidi cerebri: cui supuenit causon eliquans mās fluidas ꝛ humidas cerebri: ꝛ facit illas ad neruos fluere: vñ pōt fieri tremor: ꝛ pōt ēt fieri paralysis, aut spasmus. Cū ergo calor febrilis inflāmat cerebꝝ ꝛ neruos: pōt illā mām ꝯsumere, ꝛ sic curabit' tremor. Signū ergo huius cure est alienatio, q̃ significat, ꝙ cerebꝝ ꝛ nerui multū sunt calefacti. Et appet ꝙ sermo Gal'. pōt verificari. nā si alienatio ista fieret ex calore forti aposo vel dissoluēte vltime spūs cerebri: tūc ista alienatio eēt peior passio q̃ꝫ causon: ꝛ sic nō intelligit Hip. Sꝫ itelligit de alienatione ex caliditate ꝛ vaporibꝰ ad cerebrū ꝑtingētibus, q leuiter recedunt: quēadmodū aliq̄ñ in tertianis puris videmus. Sufficit ergo Auic̄. ꝙ sermo Hip. possit esse verus aliquo casu posito ꝛ poss. Pōt tñ iste textus aliter exponi, vt dicatur sic est, vt sit illud .s. de solōne causonis: in quo fit tremor ꝛ alienatio: q̄ñ calefit cerebrū: ꝛ calefiūt nerui .s. per expulsionē mãe cholerice ad neruos: ꝛ mēbra sensibilia: ꝛ ꝑ euaporationē cholere ad caput in tali motu. Imaginat' ergo Auic̄. ꝙ causon soluit' supueniēte tremore .i. rigore: quãuis ēt superueniat alienatio: ita ꝙ nō sit alienatio sola signū solutionis: sꝫ si causone habito tremor supueniat .i. rigor ꝛ alienatio, .i. quãuis supueniat alienatio, soluit' causon. Cū ḡ Gal'. nō ꝯcessit apho. Hip. imaginatus est, ꝙ illa alienatio est ex mā pura remanēte circa cerebrū. Sed Aui. imaginatur, ꝙ cholera cōpellit' ad neruos ꝛ ꝑ sensibilia membra facit tremorē .i. rigorē: ꝛ ex vaporibus i hoc motis ad cerebꝝ fit alienatio. Cū ergo post hoc seqtur sudor, aut vomitus aut fluxus: sꝫ frequētius sequatur sudor fit causonidis cura.

¶ Et est simile. Hic dat scd̄am viā veritatis apho. ꝛ ordinat illū sic trāsponēdo lr̄am. Quibus in causone fit alienatio, tremor soluit. Et credo ꝙ in lingua coꝝ sine reꝑhēsione textus poterat sic ꝯstrui. Apud nos .n. nō sonat h nisi ptes textus trāsponant'. Hoc ergo est qḋ dicit sic est: vt sit causon: ꝛ sit ꝑmixtio mētis .s. in eo: ꝛ resoluat' .i. curet' causon: ꝛ illa ꝑmixtio ꝑ tremorē .i. rigorē significātē expulsionē mãe ad neruos .i. ꝑ neruosa ꝛ sensibilia mēbra. Et iste apho. est idē: qḋ ille. A. causone habito rigore supueniēte solo fit: nisi ꝙ hic addit' alienatio. Pōt aūt illa alienatio eē cū causone simul: ꝛ nō sit sigm crisis: ꝛ erit sensus, ꝙ causon quãuis sit cū alienatiōe: ꝛ rigore tñ supueniēte solꝰ fit: ꝛ pōt illa alienatio supuenire cū accidēte cretico .s. cū tremore. Et nos q̄ñq; vidimus hoc: ꝛ hoc dixit secunda expositio supra facta.

¶ Et plurimum. Causa est nota.



¶ De signis. Capi. xlij.

Signa eius sunt isepabilitas: ꝛ occultatio tēporū: ꝛ vehemētia accidētiū ex aspitate lingue: ꝛ ex citrinitate eiꝰ in primis: et ex nigredine eius secūdo. Et ex retentione sudoris nisi apud crisiꝫ. ¶ Et ex vehemētia sitis. Inqt Hip. nisi accidat tussis parua accñtalis: sedāt ergo illa sitiꝫ. ¶ Et videtur vt sit vehemētia sitis eorū propter causaꝫ pulmonis: ergo cū mouetur tussis parua humectatur per id, qḋ currit ad ipsuꝫ ex carne molli.

¶ Primo ponit signa q̄dā. scd̄o Hip. apho. 3° complet signa ibi 2ª. (Inqt.) ibi 3ª. (Et calitas.) Insepabilitas .i. cōtinuitas: ꝛ occultatio tēporum .i. applanatio per ꝯsumptionē, alias tēpoꝝ .i. non hꝫ tēporē manifestū aliquē sicut hñt continue ꝓportionales: in qbus declināte exacerbatione fit tepor aliqs .i. remissio febris: alr̄ occultatio tēporū .i. non hꝫ tp̄a distincta: imo sui vehemētia tota vr̄ status: vt sensit Gal'. si qs ꝯsiderat 2° de dif. feb. ꝙ hñt diuisionē, sicut synocha, q: vel est hōtena, vel est augmastica, vel peraugmastica: ꝛ sic hꝫ occultationē tēporū: q: vel tota vr̄ status, vel tota vr̄ declinatio, vel tota vr̄ augmētū retētione sudoris: q: nō est mā mota ad extra venas. sicut fit in quolibet ꝑoxismo tertiane. Et ideo seruat' ad sudorē vnus crisis alia sunt nota.

¶ Inqt Hip. Quia dixerat, ꝙ in causone est vehemētia sitis: ostēdit q̄ñ aliq̄ñ mō extraneo sitis mitigatur: ꝛ ponit apho. Hip. q̄rte part. ꝛ est apho. 54. Quibꝰ tusses sicce ꝛc̄. ꝛ ponit qḋ vr̄ Gal'. in cōmēto illius apho. Ex carne molli .i. ex vicinis locis h nō declamus hic. Amplius aūt dixit parua q: multa pp multā cōmotionē adderet in sitim. Accñtalis .i. a quacūq; cā accñtali, vt ibidē dicit Gal'. Si .n. eēt vna tussis: quā prius ꝯsueuerit hic: forsan nō sic sedaret sitim.

¶ Et caliditas in causone quideꝫ ſm plurimuꝫ nō est ita fortis in exterioribus: sicut fortitudo eius in interioribus. ¶ Et ꝯfractio in ea leuior q̃ꝫ in alijs. ¶ Et in facta quideꝫ ex cholera fortia fiunt accidentia mala ex vigilijs ꝛ inquietudine ꝛ adustione: ꝛ permixtione mētis ꝛ fluxu sanguinis nariuꝫ et dolore capitis: ꝛ pulsatione tēporuꝫ: ꝛ profunditate oculoruꝫ: ꝛ solutione ventris cū cholera pura, ꝛ casu appetitus.

¶ Considerandū, q: in interpolata febre in hora status caliditas proportionaliter est fortior in exterioribus .i. est multum fortis extra considerata intrinseca fortitudine: sed in causone longe plus intus q̃ꝫ extra causa est nota.

¶ Cōfractio .i. lassitudo quedā leuior, q: materia non est circa loca musculoꝝ: ꝛ non est ibi plurima, neq; grauis. Et in fluxu sanguinis nō cretico, sed maiorat' .n. ꝛ aperit orificia venaꝝ nariū: ꝛ fit frequēter exitus in alijs, ꝛ fluxus vētris cū cholera pura. Dixit Dynus, ꝙ cholera causonis non est purior .i. minus ꝑmixta q̃ꝫ in ā cōtinuarū, vt dicit esse de itētione Gal'. scd̄o de crisi, sed dꝫ prauior: ꝛ tu accipe verba si placēt. Cholera causonis est magis adusta: ꝛ magis tendens ad naturam elementi casu appetitus. scilicet cibi.

Et quando accidit infantibus abhorrēt mamillam: ꝛ non recipiunt eaꝫ: ꝛ corrumpitur illud: qḋ sugitur de lacte: ꝛ acetat. Questio. iij.

Dubitatur q̄ñ acetat lac in stomacho istorū immo dꝫ conuerti ad fumosum ſm sentētiam apho. 65. quinte parti. Lac dare caput dolētibus malum. ¶ Dy. vult ꝙ si stomachus ifantis est calidus nāliter si causonicat ꝯuertitur lac in fumosum: ꝛ sic in alijs etatibus: sed si stomachus sit naturalr̄ frigidus: quãuis sit calidus ꝑ causonē cōuertitur lac ad acetosum. Et voluit vt credo nos facere reminisci sermonis Aui. supra cap̄. de aqua ordei, cū dixit. Accidit vt acetet i stomacho frigido in substantia sua .i. nāliter: ꝛ si fit in eo calor extraneus multus de malitia cōplexionis. Lac .n. in hoc stomacho frigido nālr

⁊ calido accidentaliter putrefit: q̄ patitur defectum calidi naturalis. i. digerentis: q̄ stomachus frigidus non pōt dare illi perfectā digestionem: ⁊ hꝫ calidum extraneū ꝓpter caliditatē extraneā febrilē: ⁊ iō lac in istis magis cōuertitur in acetuꝫ q̄ si nō haberet cōplexionē calidā febrilē. cū habeat duas cās putrefactionis: ⁊ per ꝯñs acetosatur. Nō ergo in omni stomacho infantis lac ad acetū ꝯuertitur, sed in stomacho naliter calido mutatur ad fumosum: ⁊ ideo Auicen. dixit. Corrumpitur. scilicet ad fumosum in aliquo infante: ⁊ acetat. s. in aliquo. ¶ Nos aūt nō possumus hic ptractare hāc mām. Sed iā pscripsim⁹ de sapore acetoso: ⁊ de alijs saporibus, qd̄ nobis visum est sup 2° cañ. cap̄ 3°. Dic tñ solū dicemus Aui. voluisse, q̄ cū coparati erūt infantes ad alias etates: lac qd̄ sugūt infantes quāuis causonicētacescit. Sꝫ in alijs etatibus lac cōuerteretur ad fumosum: ⁊ hoc est in quocūqꝫ ifante cuiuscūqꝫ cōplonis nisi sit cōplexio eius valde extranea in calore nāli. nā calor infantiū nō est fortis: vt cōburat quāuis habeat causonē. Sed semper hꝫ quandaꝫ obtusionē ꝓpter multitudinē humidi: ⁊ ideo nō facit in lacte cōbustionē. sed ebullitionē, quā extrahit calor nālis ꝓprius lacti: vnde infrigidat̄ ꝑuatione ꝓprij ⁊ innati caloris: ⁊ occupatur accītali: ⁊ sic acescit, q̄ putrefit: vñ Auicē. 3° cañ. fen. 13. cap̄ de modis significationū dispōnū stomachi dicit, q̄ sapor acetosus q̄nqꝫ significat calorē debilem cum humiditate. Hic aūt essent multa problemata, que omittimus. ¶ Ad Gal. dicendū, q̄ calor infantis habētis causonem est minor q̄ ille qui adurit: ⁊ q̄ ille q̄ digōnē ad bonū cōplet. ⁊ minoritas respectu adurētis est minoritas in gradu. Et minoritas respectu complentis digōnem est minoritas quantitatiua. s. q̄ spiritus paucificati sunt. ⁊ tu cōsidera. ¶ Omisit autē Aui. signa causonis a phlegmate salso: cum manifesta sint ex signis cōibus causonis: ex signis paruationis dominij cholere: ⁊ signis phlegmatis salsi: que ex multis opꝫ colligere cum bona extimatione.

¶ De cura causonidis. Capi. xliij.

Et cura tertiane pure.

¶ Primo ponit curam vsqꝫ ad declinationem scđo in declinatione. ibi secūda. (Et fortasse.) Primi cañ. extēdunt se ad mām: ⁊ ad febreꝫ: ⁊ ēt ad aliqd̄ accñs. ¶ Primus cañ. est notus, q̄ tertiana pura ⁊ proprie continua ⁊ causon cōicant.

¶ Et cum indigent euacuatione: sicut cuꝫ illis: que dicta sunt: tunc festinatio est melior. Complementum vo est apud digestionem.

¶ Hic est scđs cañ. siue enim debeas lenire siue exoluendo euacuare propter furiositatē materie, melius est festinare: q̄ peracuitas morbi non dat tibi spaciuꝫ complementi: q̄ completa euacuatio fit perfecte digesta materia.

¶ Et non phlebothometur: fortasse enim inflāmabit eos: ⁊ fortasse iuuabit eos: si fuerit illic turbiditas ⁊ rubedo.

¶ Tertius cañ. in quo soluit̄ qd̄: an in causone cōpetat flomia: ⁊ vult q̄ si mā sit sanguini mixta: cuius signum est: q̄ si illic. i. in vrina est turbiditas ⁊ rubedo: potest phlebothomia fieri: q̄ si non flomia facit furere choleram ⁊ inflāmabit. Et oēs hi cañ. sunt fabricati super cañ. generali.

¶ Veꝫ indigēt subtiliatione ⁊ regimie vehemētiore: ⁊ infrigidatione actu eius: qd̄ ipsi sumūt.

¶ Quartus cañ. est cañ. i subtiliatione. s. regimis vel cure.

¶ Et cum times casum virtutis est necessariuꝫ cibare eos: quāuis non appetant: ⁊ proprie in eo: ex quo resoluitur res plurima. Multotiēs enī aduenit eis bolismus ꝑꝑ ꝑuationē sensus.

¶ Quintus cañ. est in eo, in quo resoluit̄ res plima, sicut corpora sicca cholerica rara: de qbus lōgū sermonē fecimus i cap̄ de cibatione febricitantiū ꝓpter priuationeꝫ sensus. s. oris stomachi, vt supra dictū est in cap̄ de cura bolismi.

¶ Et indigent lenificatione in principio fortiori: ⁊ curationibus febris acute predictis ꝯm omnes species narratas.

¶ Hic est sextus cañ. cuius cā est, q̄ in eis est fortior siccitas itestinoꝝ: ⁊ iō dabis lenitiua lenitiora, q̄ potes: ⁊ in maiori dosi. vbi gr̄a. ℥. ij. syrupi violati cū pauco mucillagis psilij, ⁊ silia ꝯm oēs spēs. q̄ ēt vehementiori infrigidatione indiges ꝯm narratas sex spēs in ifrigidatione cap̄ de regi. acu.

¶ Et q̄nqꝫ conueniens est, vt dormiant apud teporem paruum febris super aquaꝫ tamarindorum. ⁊ quandoqꝫ ponitur in ea parū cāphore.

¶ Et diligitur ab eis syrupus acetosus: aut emulsio seminis portulace: aut emulsio seminis endiuie: ⁊ melon alkin est bonus valde.

¶ Hic est septimus cañ. in quo lenit cum tamarindis in hora parui teporis: q̄ in causone nō est manifestus: sed paru⁹ tepor: ⁊ hoc sine dubio meli⁹ est, q̄ minus medicina cōburitur, ⁊ magis lenit. Et cōsidera hic, q̄ super aqua dissolutionis vel decoctionis tamaridoꝝ, que est medicina leuis, docet dormire: ⁊ hoc facit ne agitatio destruat eius virtutē. Et nos de somno super medicina forti ⁊ debili diximus sup ꝑ cañ. fen 4ᵃ: ⁊ super 3° cañ. fen ꝑ° cap. de gñalib⁹ cañ. egritudinum capitis. ¶ Paꝝ cāphore ad infrigidandū: lꝫ hec cāphora faciat vigilias. Et lꝫ Ysaac faciat nobis suspectaꝫ cāphoram in libro febrium. ¶ Et diligitur. Cā apparet ex dictis: ⁊ etiā hora dandi emulsiones horū seminiꝫ: q̄ eniꝫ non sic prouocant, sicut semina: lꝫ apud me dubiū sit: ⁊ proprie de semine portulace: ideo in primis diebus possunt ille emulsiones dari cū syrupo digestiuo, quē in mane dam⁹, melon alkin est vna spēs eius. vbi. gra. melon viridis.

¶ Et sit ꝯtentus potatione aque frigide ꝯm qd̄ diximus illud. Si autē non fuerit quod prohibeat, detur in potu: de ea ēt vsqꝫ ad satietateꝫ.

¶ Hic est octauus cañ. qui notus est ex cap̄ generali.

¶ Et fortasse aduenit eis permixtio mētis ⁊ obliuiscuntur petere aquaꝫ: quare oportet, vt sorbeant de ea paulatim sorbitiones plurimas: et proprie in eo: cuius linguaꝫ vides siccā. ¶ Et cura accidentia eius superflua cum eis: que diximus in capitulis suis. ¶ Et oportet vt caueatur in eis superfluitas sanguinis nariuꝫ: est. n. de eis: in quibus magnificat̄ timor apud eos. ¶ Et oportet vt obseruetur anhelitus eorum: ⁊ nō dimittas partes pectoris spasmari. ¶ Et oportet vt obserues capita eorum cum aceto, et oleo ros. et sandalis: et aqua ros. et camphora: et his similibus. Et embroces cum decoctionibus: in quibus decocta sunt ea: que diximus. ¶ Et quando fortes sunt in eis vigilie: tunc cura eos. Et non est malū: vt in potu des syrupum de papauere etiam: et si sit de nigro in huius dispositione.

¶ Hi sermones sunt noti spasmari. s. musculoꝝ arefieri. Et hic inducit necessitatē in epithimādo cū infrigidātibus ⁊ humectantibus. ¶ Et si sit de nigro. i. quāuis sit syrupus de

papauere nigro ante euacuationē materierum timentes illarū ↄstrictionē:tñ hic pōt ↄcedi ꝓpter maiorē eius vtilitatem. Alia lr̄a hz. Et si fit denegatio.i.licet cōiter medici negent syrupū de papauere ante eūonē mãerū:timētes illarū ↄstrictionē:tñ hic pōt cōcedi ꝓpter maiorem vtilitatem.

¶ Et in fine eius da in potu trociscos:q conueniunt eis,sicut sunt trocisci de cāphora. Et in illa hora ↄuenit eis syrupus acetosus cū emulsione semis cucumeris:ꝛ seminis endiuie:ꝛ seminis portulace:de vnoquoqꝫ eorum sit pondus.ʒ.ij. Et syrupi acetosi sit pondus.ʒ.xxv.vsqꝫ ad.xxxv.ſm quod videtur. ¶ Et si fuerit illic ventris solutio:tunc dentur trocisci de spodio constrictiui. Trocisci boni. ℞. spodij rosꝫ. ana.ʒ.ij.s.croci sextaꝫ.ʒ.i.seminis portulace:seminis endiuie.ana.ʒ.iij. seminis cucurbite:seminis cucumeris.añ.ʒ.ij. sandaloruꝫ.ʒ.i.s.succi liquiritie amili.añ.ʒ.i.camphore sextam.ʒ.i.s. ꝛ dosis eius sit.ʒ.i. ¶ Et iteruꝫ ro.ʒ.iiij. seminis melonis,citruli,cucumeris ꝛ portulace omniū añ.ʒ.ij.croci tertiam. ʒ.i. camphore sextam.ʒ.i. gummi,amili,dragaganti:succi liquiritie. añ.ʒ.i. Dosis eius.ʒ.ij.

¶ Hic ponit curā eius in declinatiōe:ꝛ p̄ adhuc stāte febre. scd̄o cū iaꝫ recessit manifeste.ibi 2ᵒ.(Et cū declinat.) ¶ Cōsiderandū ꝙ in illa hora ista ꝓuocātia securius ↄceduntur digesta mã:ꝛ aliqualr̄ diminuta. Alij aūt inquirūt,an in semine endiuie:ꝛ portulace sit ꝓuocatio efficax: ꝛ in seminibus cōibus fridis.s.melonis ꝛc̄. Q̄ð aūt trociscoꝝ vsus cōueniat in fine haꝝ febriū supra diximus in gn̄ali capl̄o.

¶ Et cum declinat egritudo manifeste:tunc nō est malum vti balneo: cuius aqua declinat ad frigus. Et illi in qbus magis diligit̄ balneū ex eis sunt:quoꝝ febris est ex phlegmate salso.

¶ Et qꝛ sermo est de balneo in fine capituli. ¶ Cōsiderādū, ꝙ aquaꝫ balnei facere possumus declinare ad frigus.i.remissum,nō calorē,qualis est calor aque in qua sol ipressit: ꝛ est balneū ifrigidās ꝛ humectās:sꝫ si phlegma fuerit salsum:tūc eget maiori poroꝝ dilatatione:vt grossi vapores ꝛ ptes eius residue resoluant̄:ꝛ iō forsan est meli⁹ facere balneum p̄dicto calidius ꝛ intēsius. ¶ Sed dubitat̄ q̄re Gal. in 3ᵒ regi.acu.cōmento vltimo nō ↄcedit balneū in causone de phlegmate salso cuius ↄtrium dicit Auic. ¶ Dicendū p̄ ſm Dynū ꝙ balneū absolute intelligitur tepidū:ꝛ hoc non cōpetit in phlegmate salso:sed calidū supra tepiduꝫ, vt mã difficilis solutionis nō putrescat per tepidum balneuꝫ: sed resoluatur per calidū, vt iã diximus de hoc. ¶ Alij dicūt, ꝙ balneū ante digōnem pōt securius in causone concedi si materia est cholerica:quãuis oino non sit perfecte digesta: sed in phlegmate salso non pōt concedi:ꝛ ita videtur Gal. ibidē intelligere:ꝛ erit sn̄ia hec,ꝙ in mã cholerica,quãuis non sit oino perfecta digestio pōt concedi:sed in phlegmate salso vltimū cōplementū digōnis opꝫ expectare:ꝛ etiam multã eūonem p̄cessisse, ꝛ paucã esse materiam valde.

¶ De febre sanguinis. Capi. xliiij.



Opinatus est Gal.ꝙ nō fit febris san. a putredine sanguinis. Nā sanguis cum putrefit:fit cholera:ꝛ nō est sanguis.fit ergo tūc febris cholerica,nō sanguinea:ꝛ fit causon predicta ꝛ tertiana:ꝛ cura eam cum illa cura.

¶ Post sermonē de cholericis est sermo de fe.sanguineis ꝛ anteq̄ꝫ ponat signa:ꝛ curā ponit eius esse ꝛ spēs:ꝛ p̄ ponit sn̄iam Gal.2ᵒ suã.ibi 2ᵒ.(Dicamus ergo.) Prima in duas. Primo ponit illã:ꝛ motiua eius. Scd̄o abijcit illaꝫ,ibi 2ᵒ.(Hic ꝟo sermo.) ¶ In p̄ma parte assignat pro parte Gal. duas rōnes:quare a putredine sanguinis non fit febris sanguinis. Primo qꝛ cū sanguis putrefit,fit cholera,ꝛ non est sanguis.ergo febris de putredine sanguinis nō est sanguinea,sed cholerica:ꝛ istã rōnem ponit Gal.2ᵒ de crisi.ꝛ 2ᵒ de dif.feb. ¶ Scd̄a rō est. Quia febris sanguinis curat̄ cura feb.cholerice seu cura feb.tertiane.i.cura febriū cholericarum:ꝛ hoc apparet,qꝛ nō distinguit febres multi caloris siue acutas in cura:sed oēs ponit in cura sanguinee:si qs diligenter attēdat dicta Gal.in terapētica ad Glauconeꝫ.9.ꝛ 11.tera. ¶ Cōsiderandū quosdã imo fere oēs expositores:ꝛ de qbus est Cōciliator tenere,ꝙ nunq̄ꝫ fuit hec opinio Gale.imo contraria.s.ꝙ de putredine sanguinis fit febris sanguinea. Et hoc p̄:qꝛ Haiyab.eius assecla hoc dixit:ꝛ Joannitius. ¶ Amplius 9ᵒ terapē.ponit febrem synocham putredinalem de putrido sanguine:in qua nō est factus paroxismus per tertium diē in forma cholerice. ¶ Et dicunt hi viri,ꝙ qñ Gal.dicit sanguinē conuerti in cholerã cum putrefit:intelligit de sanguine in aliquo vno loco constricto, qui ꝓpter ꝓhibitam transpirationē ꝛ putredinem cōuertitur in cholerã quantū ad eius subtile. In venis aūt si putrefiat,cum non habeat tantã cōculcationē:non sic cito cōuertitur in putredinē:ꝛ hoc dicūt Gal.intellexisse ꝛ Auer.qui ēt hoc intellexit de Gal.vt apparet 4ᵒ colliget. ¶ Et nos dicamus,ꝙ quicūqꝫ accipit moleste rōnes Aui.accipiat conclusionē,ↄ quam arguit. Et siue illã Gal.voluit,siue nō de illa non sit tibi cura:ꝛ videbis rōnes Aui.esse sufficientes:ꝛ habent propositiones manifestas ꝛ confessas ab hoie sani capitis. ¶ Illud aūt quod nobis visum est de Gal.est p̄, ꝙ in hoc quesito ipse fuit ambiguus:ꝛ ideo verba eius fuerunt varia. In hac febre bene imponit sibi Auer. colliget 4ᵒ. Aliquando enim Gal.negauit putridum sanguinē facere febrem in spē sanguinee:ꝛ hoc fuit in pluribus locis. Et aliquãdo ab ipsa veritate coactus dixit sanguinē putridum facere febrē sanguineam putridam:ꝛ nō in spē cholere:sicut inuit.9.terapē.ꝛ in hoc Gal.videtur sibimet cōtradicere. Et hoc est,qð de eo curialiter profert Auer.cuꝫ dicit,ꝙ verba Gal.sunt varia in hac febre. Si ergo nō cōtradicit est,ꝙ in quibusdã locis loquitur ſm suã intentioneꝫ. Aliqñ loquitur ſm opinionē cōiter concessam,ꝛ sic excusatur a cōtradictione. Sed visum est nobis,ꝙ cū vltimat̄ intentio Gal.ipse voluit,ꝙ de sanguine putrido fiat cholerica,ꝛ non febris sanguinea:ꝛ hoc est,qꝛ cum sanguis putrefit,fit cholera:ꝛ illud qð multum dat fideꝫ de hoc est:qꝛ viri illustres preteriti plures hoc Gal.imponunt:sicut Ras. 16.cōtinētis scd̄o cap in principio:ꝛ quarto colliget improbat Gal.de hoc Auer.ꝛ ēt in practica canticoꝝ cap de cura morbi frigidi:ꝛ est cōmentum.68.ac Joānes Damascenus de cōsolatione scd̄o cap̄ dicit. Inquit Gal.de sanguine cui accidit, vt putrefiat. Scire debes,quoniaꝫ subtile eius transit in cholerã citrinaꝫ,ꝛ grossuꝫ in melãcholiã. Auer. aūt si quis nō fingat,hoc sibi imponit:ꝛ vltra hoc sibi in dictis ↄdictionem facit. Haly.auteꝫ reuerenter se habens ad Gal.ꝛ etiã Serap̄.cum multis alijs dixerunt veritatem in hoc:ꝛ omiserunt dicere quid Gal.voluerit,ne veritate coacti redarguerent eum. ¶ Insuper secūdo de differētijs febrium monstrauit:hanc fuisse eius intentionē.nam in secūdo cap̄ nō enumerauit febrē sanguinis:ꝛ in cap̄ de hemitritea cōclusit Gal.genera febriumꝫ ꝛ nunq̄ꝫ vsqꝫ ad illum locum de febre putrida fecerat mentionē:postq̄ꝫ in secūdo li-

bro inceperat de specie feb. loqui, seruabat igit Gal. in mēte velle dare nouam sniam de febre sanguinis: ⁊ ideo reuersus est in 8° ca. ad inuestigationē sanguinee febris: ⁊ dixit, ꝙ nulla erat deterior. i. fortior inuestigatio. Sed mirandū esset, si Gal. voluisset putrescēte sanguine fieri febrē sanguineam, ꝙ hec fuisset deterior ⁊ fortior inuestigatio: imo fuisset facilis multū. ¶ Et ideo ꝓbat Gal. demōstratiue. Primo, ꝙ de sanguine putrido fit febris. secūdo probat, ꝙ hāc febrem reponimus in periodo: ⁊ naturam cholericarū febrium: qꝛ sanguis cum putrefit, fit cholera, ⁊ fe. consistit in specie humorū, in quos trāsmutatur sanguis ⁊ exēpla de ꝯuersionibus sanguinis in cholerā in apostematibus sunt exempla de ꝯuersione eius in cholerā, vbicunq; putrefiat, siue in apostematibus, siue in venis: ⁊ hoc vult scđo de crisi: ⁊ in terapeutica ad Glauconem, vbi cōfundit curam cōtinue ⁊ curam causonidis in vno cap̄. Et Cassius Felix sequitur Gal. 9° vero terapeutice. Uel locutus est ꝫm veritatem coactus ab illa, vel ꝫm cōmunem sententiam. Uel dicemus ꝙ licet Gal. poneret febrē de putrido sanguine nō esse sanguineam, sed cholericam: posuit tamen aliquam de eis habere exacerbationes manifestas: ⁊ aliquam esse propinquorem conclusē: ⁊ nullam manifestam exacerbationem habere, vt secundo de febribus secūdo caplō. Et ideo Gal. expectauit in illo: an fieret paroxismus per tertiam: ⁊ fuisset in cholerica continua exacerbatio: sed qꝛ non venit ille paroxismus, non fuit cholerica causon, sed peraugmastica. Siue igitur sic sit, siue non: ponamus aliquem dixisse hoc, ꝙ a sanguine putrido non fit febris in genere sanguinee, sed cholerice. Et ratio conclusionis sit ista: quia sanguis cū putrefit, fit cholera ⁊ non est sanguis.

¶ Hic ꝟo sermo eius est ꝯtrarius sermoni Hippo. ⁊ contrarius ei, qđ est conueniens. ⁊ plurimum quidē erroris eius est in sermone eius: quando putrefit sanguis, fit cholera. Iste enim sermo facit opinari duas intētiones: quarum vna est: ꝙ quando putrefit peruenit ad hoc: vt fiat post putredinem cholera: ⁊ secūda: ꝙ quādo putrefit: tūc fit cholera, sicut dicitur, ꝙ lignū quando calefit, fit cinis. Consideremus itaq; in vnaquaq; duarum propositionum.

¶ Primo inducit auctoritatem Hippo. quā non habemus manifestam: nisi voluerit accipere hanc sententiam ex primo epidimiarum in fine. ⁊ aliqua ex dictis quarto regiminis acutorū. Secūdo prosequitur. ibi. (Et plurimū.) Hic primo ostendit, ꝙ iste sermo est contrarius ei, quod est conueniens. i. veritati. Secundo, ꝙ est cōtrarius sermoni Hippo. ibi secunda. (Uerum veritas.) Primo ponit intellectū propositionis, super qua fundatur opinio Gale. Secundo prosequitur redargutionē. s. vtriusq; intellectus. ibi secūda. (Intellectus vero.) ¶ Considerandū ꝙ dicit plurimū erroris est: quia radix istius erroris est in propositione illa, cum sit fundamentum opinionis. Et forsan Auicen. comprehendit alios errores in dictis Gal. quos nō explicauit nobis: sed solum dixit errorem: qui sibi visus est plurimus. ¶ Considerandum ꝙ duplex est intellectus: notus est in exemplo: si quis enim diceret, lignum quando calefit, fit cinis non potest nisi dupliciter intelligi. Uel ꝙ eadem est mensura calefactionis ⁊ incinerationis: vel ꝙ incineratio esset terminus calefactionis: eodem modo est intellectus propositionis assumpte.

¶ Intellectus ꝟo primus est corrupte acceptionis tribus modis: quorum primus est: ꝙ sanguis quando putrefit: conuertitur subtile eius ad cholerā malā: ⁊ spissum eius ad melācholiam: nō ergo cū totalitate sua fit cholera.

¶ Primo redarguit Gal. intelligendo propositionem suam ꝑmo modo. secūdo intelligendo secūdo modo. ibi 2°. (Quo ꝟo.) Dicit primo: primus intellectus est corruptus. Et cōsidera ꝙ Auicē. non dicit primū intellectum esse falsum: imo dicit, ꝙ est false siue corrupte acceptionis. Nā propositio sub illo intellectu est vera. s. ꝙ sanguis post putredinem est vel fit cholera: ita ꝙ eē cholerā est terminus illius trāsmutationis, sicut generatio est terminus alterationis. Quāuis tamē propositio sit vera corrupte tñ accipitur: qꝛ ex ea concessa nō sequitur cōclusio Gal. Et hoc ꝓbat tribus rōnib⁹ semper ꝯcedendo ꝓpositionē sub intellectu dicto: imo semper ponit illā in syllogismo. Et primo arguit sic. Sanguis quādo putrefit. i. in fine putredinis est cholera quantū ad partē subtilē: ⁊ est melācholia quātum ad partē grossā: siue spissam. ergo totus sanguis nō fit, vel nō est cholera: ⁊ ꝑ ꝯsequens nō dꝫ dici febris cholerica plus q̄ melācholica, vt dicit post ꝯsequētia est nota antecedēs quantum ad primam partē est ꝓpositio Gal. sub p̄ intellectu. Sed quātum ad aliā partem est propositio necessaria, qꝛ sicut subtile sanguinis est factū cholera in fine transmutationis: ita opꝫ necessario ꝙ grossum eius sit factum melācholia. ¶ Cōsiderandū, ꝙ Gal. perpendit de ista rōne, que debebat contra eū fieri: ⁊ soluit sic secūdo de diffe. febrium ⁊ secūdo de crisi, ꝙ ad ꝯuersionem subtilis partis sanguinis in choleram sufficit parua trāsmutatio: ⁊ leuiter fit sed ad cōuersionem partis grosse in melācholiā requiritur multa trāsmutatio: ⁊ nō sic cito fit. Cū ergo subtile sanguinis est factū cholera: eius grossum nō est factū melācholia: sed est in medio termino ꝯstitutum. s. in medio motus a sanguine in melācholiam: ⁊ hoc innuit Gal. occulte scđo de crisi. 12. cap̄. vbi cum frequēter prius dixisset, ꝙ genera febriū sunt tria, ⁊ dedisset causam: qꝛ sanguis cū putrefit non remanet sanguis: sed fit cholera. ne aliquis diceret etiā fit melācholia: dixit cholera generatur cū superfluet caliditas in re plus q̄ opꝫ. De melancholia ꝟo dixit. Melācholia generatur quādo calidum valde superfluit. ¶ Clarius aūt voluit soluere hāc rationem secūdo de differētijs febriū, vbi dicit. Si ꝟo supercoquatur. trāsmutatur quidem eius subtilissimum simul ⁊ pingue in flauā choleram: quod ꝟo grossius in nigrā choleram, sicut innocatis carbūculis: ex his enim sanguine feruente trāsitus fit in melācholicū humorem: ⁊ tūc Gal. ostēdit qualis melācholicus humor est iste: qꝛ nō est vere melācholicus: sed est in via ad melācholiā. vnde subdit. Ita aūt opꝫ intelligere humorē melācholicum: ita vt non effectum certissime nigrā cholerā: sed in medio termino ꝯstitutū. s. in motu vbi est dare mediū terminū: cū mobile dum mouetur partim sit in termino a quo: ⁊ parti in termino ad quē. ¶ Sed qñ Gal. se defendit sic cū intellectu ꝓprie propōnis assumpte seipꝫ ligat. nā facta cholera vel reliqua pars est sub forma sanguinis: ⁊ sic febris dꝫ dici sanguinea: qꝛ ille ē humor: super quo est transmutatio, que est putredo, vel est sub forma melie: ⁊ sic habet scđi ꝓpositū. Et si hic caderet speculatio per Gal. esset speculatio de medio motus, ⁊ nō iuuaret eū. Et iā in nr̄a iuuētute formanimus istum syllm meū in prima figura in scđo modo sic. Nullū ꝯuersum in melācholiā quantū ad partē: ⁊ cholerā quantū ad partem dꝫ dici ꝯuersum in cholerā ꝫm totalitatē. Sed ois sanguis post putredinē est ꝫm partē ꝯuersus in melancholiā: ⁊ ꝫm partem in cholerā. ergo nullus sanguis dꝫ dici ꝫm totalitatem cōuersus in cholerā. ¶ Alij aūt magistri dicūt rōnē Aui. debere solui p hoc, ꝙ illa pars melie pua est: sed sine dubio nō est sic parua: qn possit facere febrē: ⁊ nullā facit nisi melicam, si est melācholia, vel saltē erit febris cholerica nō pura: sed permixta melācholie, qđ nunquā Gal. voluit.

¶ Et scd̄s est, ꝙ illud fit post putredinem: ⁊ nostra cōsideratio est in dispositione putredinis.

¶ Ostendit scd̄m modū corrupte acceptionis: ⁊ est scd̄a ratio ↄ Gal. ⁊ arguit sic. Conuersio sanguinis putrescentis in cholerā est post putredinē, ergo febris de sanguine putrido nō est cholerica: sed sanguinea: antecedēs est propositio Gal. sub intellectu p̄. ↄña probat. q2 cōsideratio nostra qñ dicimus, sanguis putridus facit febrē, est ↄsideratio de sanguine qñ disponit per putredinē: ita ꝙ putredo est sibi forma. Potest aūt formari syllogismus multiplr, sed formaꝛ i secūda figura sic. Ois sanguis faciēs febrem est in dispōne putredinis, nullus sanguis factus chol'a est in dispositione putredinis. ergo nullus sanguis factus cholera est faciens febrē. Iste tñ syll's melius adiacet scd̄e rōni: sed rōni tertie magis conuenit in p̄ modo scd̄e figure sic. Nullus sanguis factus cholera est in dispositione putredinis. Omnis sanguis faciens febrē est in dispositione putredinis. ergo nullus sanguis faciens febrem est factus cholera.

¶ Et tertius est quoniam post illud fit cholera ⁊ non scimus: an in ea sit putredo: an non nam plurime res putrefiunt ⁊ separatur ex eis subtile ⁊ spissum ⁊ non est in spisso: neq3 in subtili putredo: quoniam non est necessariū vt sit putridū id, quod generatur a putrido: fit eniꝫ ex putredine, quod non est putridum.

¶ Ostēdit tertiū modū corrupte acceptionis. ⁊ est tertia ratio cōtra Gal. ⁊ p̄ facit illā: secundo eā vigorat. ibi secūda. (Et significatio.) Primo arguit sic. Cholera gñata ex putredine sanguinis pōt esse nō putrida. ergo pōt facere nō febrem. ⁊ hoc est cōtra Gal. q2 illa febris nō erit cholica. ↄña est nota. añs. ꝑbatur. q2 a re putrida nō semꝑ resultant res, que sint putride: q2 nec subtile, nec grossum, nec opꝫ. ꝙ sit putridū. Fiunt. n. ex putredine nō putrida. Et voluit Auic. nos intelligere exēpla ista aceti ⁊ vermis, que fiūt ex putredine. Pōt aūt formari syllogismus ↄtra Gal. modo predicto ⁊ alio sic. Nullū generatū post putredinem est necessario putriduꝫ. omnis cholera generata ex putredine sanguinis est generata post putredinem. ergo nulla talis est necessario putrida: ⁊ est in secūdo modo prime figure.

¶ Et si generatio eius a putredine faceret putredinem eius necessariam: oporteret vt spissuꝫ cinerulentum iterum esset putridum. Esset ergo illic febris melancholica iterum: hoc ergo est illud, qd̄ facit esse necessariuꝫ ex positione eius: quod primum intellectum est.

¶ Vult Aui. cōcedere aduersario, ꝙ illud qd̄ generaꝛ a putredine, sit putridum: ⁊ tunc arguit, ꝙ ex hoc sequitur ꝙ febris de sanguine putrido sit cholerica ⁊ melācholica: ⁊ tūc ↄcludit ⁊ pꝫ. Videnꝛ mihi quidā voluisse soluere istam rationeꝫ sic. Cholera que fit ex sanguine putrido non est semper putrida: ⁊ ideo non facit febrem cholericam. Hec solutio pro Gal. nihil est: quia sequitur. ergo febris de sanguine putrido non semper est cholerica.

¶ Qd̄ ỽo intelligitur secundo est mendacium: quoniam putredo est via corruptionis.

¶ Hic ꝑcedit ad redarguēdum Gal. intelligēdo propōnem suā secūdo intellectu. Est autē scd̄s intellectus. iste sanguis qñ putrefit: tunc fit cholera: ita ꝙ per nullā mensurā est verum dicere: sanguis putrefit: pro qua nō sit verū dicere sanguis fit cholera. Et dicit p̄ ꝙ hoc est mendaciuꝫ: ⁊ inducit tres rōnes. Ad quarū intellectū est ↄsiderandū, ꝙ Aui. p̄supponit Gal. intelligere hic per cholerā humorē: qui actu est cholera. s. habēs formaꝫ ⁊ spēm cholere: ita ꝙ quando dicimus, dum sanguis putrefit, fit cholera intelligaꝛ. i. cholera actu. Et ꝙ talis fuerit intell's Aui. de Gal. apparet in tertia rōne. Apparet ēt aliter, q2 sñia Gal. nulla eēt: si Gal. ⁊ A. idē intelligerēt: qñ dicimus sanguis dum putrefit, fit cholera. i. disponitur: vt fiat cholera: non tñ hꝫ esse cholere ⁊ formā eius: nā sequeretur ex hoc ꝙ febris de sanguine esset cholerica: qd̄ tamē Gal. voluit concludere. Simil'r hic esset intellectus primus proprius Gal. ⁊ non esset mendacium purum. ergo opꝫ ꝙ intellectus secundus sit talis: sanguis quādo putrefit. i. dum est in putrefieri est actu cholera: ita ꝙ nullum est signare tēpus, nec instans putredinis: in quo non sit verum dicere, sanguis est cholera quantum ad partem subtilem. ¶ Hoc p2 intellecto arguitur sic. Qd̄ est in via corruptionis non est corruptum: sed sanguis duꝫ putrefit est in via corruptionis. ergo non est corruptus. Et tūc prosyllogiꝫetur sic. Sanguis nō est corruptus. ergo nō est factus cholera: q2 gñatio cholere huius est per sanguinis corruptionē. Ponit ergo probationē minoris cū dicit: putredo est in via corruptionis ⁊ est ꝑpō nota. Et si vis hic te extēdere: cōsidera dicta 4° metheoroꝝ. ⁊ vide Turisanū tractatu tertio libri techni, qui disputat de hoc.

¶ Et putredo quidem nō hꝫ tempus. Et cōuersio sanguinis in cholerā nō fit nisi in tempore.

¶ Aliqs quereret: quare hoc flegma intus fridum sentitur nunc: ⁊ pus anteq̄ꝫ moueretur ad putredinem non sentiebatur. Et respondet: ꝙ frigus eius flegmatis itus non apparet in tempore hoc. s. quādo non mouetur ad putredinē: qꝛ stabat qetum: ⁊ associatur ei. i. membro in quo est: ⁊ iō non patitur a partibus: que sibi occurrunt. Postq̄ꝫ ergo icipit putrefieri mouetur: ⁊ ifrigidatur. i. apparet eius ifrigidatio: que est quedam frigiditas: qꝛ nō est pura friditas: sed potius qdam debilis calor debet dici: tamen iudicatur frigiditas: quāuis non perueniat. i. talis ifrigidatio nō venit ad cor: qꝛ tunc non diceretur febris: vel tūc esset modus syncopalis febris. ¶ Non itendimus autem hic philosophari: quomodo sentiatur vt frigidū: quod est remisse calidū: sicut vrina mingenti in balneo: vt dixit Gal. 3° de simplici medicina. ¶ Cōsiderādū ꝙ dixit ifridať: qꝛ appitio talis ifridatiōis fit p quādā explicationē itrinseci frigoris frigidi hūoris: ⁊ hec sunt declarata supra caplo de sermōe rigoris ⁊ frigoris ⁊c̄. ¶ Dubitatur: quia calor qui sentitur extra: est a vapore calido putrido: sed iste eleuať a flegmate putrido intus stante: sed illud sta est actu putriduꝫ. ergo actu calidū. ergo sentietur calor in iterioribus. ¶ Dicēdū: ꝙ opꝫ nos imaginari partes huius flegmatis putridas eē paucas respectu partium nō putridarū: esse tū tātas ꝙ vapor sufficiēs ad inflāmādum ⁊ extinguenduꝫ pōt surgere. Sed ptes frigide in locis in qbus sunt: vincūt calidas ifrigidādo loca: in qbus situātur. ⁊ si talis imaginatio non fit nō absoluemus: quin ista febris sit empiala: ⁊ cū sit febris: in qua calor ⁊ frigus ſm vnā ⁊ eādē partem percipiuntur.

¶ Signa. Capitulum. lij.



Igna eius sunt eadem que predicta sunt. Et ꝙ eius vrina est frigida cruda minoris caliditatis: q̄ꝫ vrina aliarum sui generis. ¶ Et pulsus eius ē rarus tardus. ¶ Et ipsa ſm plurimū additur omni die. ¶ Uerum propter grossitudinem materie sue conuertitur quandoqꝫ in quartanam ⁊ tertianam: quoniam huiusmodi materia in corpore est parua: ⁊ parue putrefactiōis ignea: ⁊ paucitas quidem est ex causis elongationis periodi. ¶ Et propterea ꝙ paroxismus non redit omni die: nō remanet hec febris qn sit flegmatica: sed propterea est flegmatica: qꝛ putredo eius est putredo flegmatis: ⁊ hec nō extrahit eā ab hoc quin sit flegmatica: sed propterea ꝙ putredo est putredo flegmatis: non propterea ꝙ paroxismus nō redeat omni die. ¶ Spatiū vero paroxismi eius est ex quatuor vsqꝫ ad. xxiiij. horas: ⁊ ſm plurimū cōsumitur ante illud qm̄ hec mā nō est cū illa multitudie.

¶ Ponit primo signa. scdo quoddā declarat. 3° cōplet signa ibi scda. (Verū.) ibi 3ª. (Spacium.) Dicit primo eadem que dicta sunt. s. supra in cap. de signis flatice interpoliare: que sunt signa flatice absolute. Vel eadē que dicta sunt. s. de nā huius febris: q homo intus frigeat: et extra caleat. ¶ Urina etc. Ratio est: q2 hoc q flegma vitreum est infrigidans plus interiora q3 in alijs flegmaticis. ¶ Pulsus etc. suppie respectu aliarum flaticarū: tñ respectu sui sani est velox et frequens eo q febrit. ¶ Additur omni die. i. exacerbat vel paroxismat omni die. ¶ Considerādū q forsan in pri° paroxismi huius febris dispō est similis alijs flaticis de flegmate vitreo: q2 est frigus in extremitatibus: sed cum iā incipit vapor putridus extra expandi: vt in augmento eius: tunc proprie stat frigus sensatum intus: et extra sentitur calor. Et si quis vult potest imaginari: q in ipso principio sit extra calor: et intus frigus: et tu cōsidera ipsa fm plurimū. Verum q2 dixerat: q istud fiebat fm plurimum. s. paroxismatio omni die declarat: quare dixit hoc: quia non semper hoc fit: imo paroxismat quandoq3 de quarto in quartū diē vel de tertio in tertium: et cā huius: q2 mā est parue quātitatis et parue putrefactionis pp sui grossitiē: frigiditatē: et viscositatē: et cū h3 putredinē3 est sua putredo ignea. ¶ Et paucitas māei est de causis elongationis. i. retardationis siue postpositionis periodi. ¶ Et q2 aliqs diceret: si ista febris paroxismet de tertio in tertiū: vel de quarto in q̄rtum ergo non est flatica: q2 flatis est moueri omni die. Respondet: q hec paroxismatio de tertio in tertium: vel de quarto in quartū nō exibit eā ad hoc: q nō sit flatica. nam febris est flatica: cuius putredo est: sicut putredo flatis: sed istius febris putredo est h°. Et propterea q paroxismus non venit omni die non suppie d3 dici non flatica: quasi intelligat: q specificatio febriū3 nō est ex motu poxismoli: sed ex natura māe. ¶ Considerandū quosdā ex hoc textu arguisse 3 nostrā opinionē: quā tenemus: q paroxismatio sequit humores ex nā forme specifice: na3 dicunt. Si ita est: sicut forma specifica cōcomitat formā substantialē. verbi grā. flegmatis: ita talis paroxismatio. ergo nunq3 flegma faciet paroxismum de 3° in 3ᵐ: nec de quarto in quartū: cuius 3trariū Auicē. dicit. ¶ Et nos dicamus q effectus qui sequuntur formas specificas et formas substātiales: sequuntur eas in determinata mensura accidētiū: et nisi sit probibens. Unde turbith euacuat flegma et proprietate: et scamonea cholerā in determinata mensura: et tñ si extra quātitatem: quā forma reqrit pro hac opatione detur: euacuabūt sanguinem. et poīe est: q simul cū flegmate: et poīe est: q sine eo. Similiter magnes si inungat oleo non attrahit ferrum: et multa sunt exēpla. flegma itaq3 mouetur de die in die3 ex sui proprietate: cum fuerit cum hoc determinate quātitatis et modi substātie. Cum aūt paucificatur et ingrossatur: l3 ex forma specifica debeatur sibi oī die paroxismus: tñ impedietur ex his accidentibus. Unde pigritabitur et tardabitur motus ad tertiū: vel ad quartū diem. et de hoc prolixe scripsimus in questione. ¶ Considerandum secundo: q flegma hoc vitreū sui frigiditate: grossitie: et viscositate nō est aptū recipere putredinem: que sit vere putredinalis: apta enim ad hoc sunt mixta: que sunt calida et humida. recipiet igit calefactionem valde violenter: et sua putrefactio est quedā ignitio violēta: vel sibi similis: et hoc est qd dicit parue putrefactionis ignea. i. putredo talis non est vera putredo: s3 quasi ignitio. ¶ Considerādum tertio: q paucitas. s. materie et putrefactionis est ex causis elongationis. i. retardationis periodi. nā sicut in questione de periodicatione declarauimus. materia mouenda ad paroxismū habet duos motores. s. naturā siue calidum naturale: et cu3 non stimulatur natura non mouet illam. Et paucitas eius est de causis tarde stimulationis: q2 tarde venit ad quātitatem: que stimulet. Alius motor est calor extraneus: et quādo mā est

Flegma vitreū nō putrescit vera putredie.

grossa difficulter passibilis: et parum receptibilis putredinis: tunc ipsa etiā mouetur tarde. et hoc vult Aui. ¶ Spatium vero. Hic ponit aliud signū: et est ponere tempus perdurationis. ¶ Considerandum q textus potest dupliciter exponi. Uno modo q paroxismus febris: quo distinguit ab alijs: sit a quarta hora vsq3 ad. 24. et ita q quatuor prime hore non sint de hac febre: et ipsa differt ab alijs. Nam in primis quatuor horis homo sentit solum calorem in interioribus: quia incipit flegma moueri: et nondum peruenit vapor extra: qui exteriora calefaciat. Imaginabitur ergo q circa quartam hora3 veniat extra vapor calidus: et calefaciat exteriora: et tunc habet esse empiala: et durat vsq3 ad 24. horam: et fm plurimum minus: vt Auic. dicit. Hec expositio licet mihi non placeat quāuis sit mea: tamen posui eam: quia ad multas excitat imaginationes in natura huius febris. ¶ Secundo modo potest exponi: q Auicē. velit q paroxismus huius febris ad minus durat quatuor horis: et ad plus. 24. et vtplurimum consumitur ante. 24. Et causam assignat: quia hec materia cum sit pauca nō est cum illa multitudine: qua possit durare. 24. horis. ¶ Considerandum: q in imaginatione Auic. fuit fixum flegmaticam materiam igneam putridam in empiala esse paucā: et ideo cito finit paroxismus: et citius multo q3 febris flegmatice periodice cōmuniter accidētis: vnde in quatuor horis potest finiri: quāuis sit vitrea materia: et pōt finiri vsq3 ad. 24. Et fuit hec sententia Ras. 16. continentis 3° capso. ¶ Dubitatur si post resolutionem pauci flegmatis putridi homo remaneat cum sensu frigoris in interioribus eo q pars crudi et frigidi flegmatis nō putridi multa potuit esse: de qua non est sperandum: q in breui tempore resoluta fuerit. ¶ Dicendum q possibile est remanere cum sensato frigore: si flegma illud remansit motum: et possibile est assuefactum esse illud: et remansisse quietum: et non pati a frigore eius: et tu considera.

¶ De febre in qua occultat calor: et appet in ea frigus: et ē lipparia. Cap. liij.



Ec febris fm plurimum est flegmatica: et quādoq3 est cholerica ex cholera grossa valde.

¶ Hic determinat de febre: in qua iteriora calefiūt: et appet i exterioribus frigus cui nomē ipositū ē lipparia. Et primo pmittit cās eius. scdo declarat. scda ibi. (Et quādo.) ¶ Cōsiderādū primo: q ois paroxismalis febris incipiens cū frigore in illo tēpore principij pōt dici lipparia: q2 plus q3 exteriora calefiāt stat frigus cum interiori calore: et de tali mō febris non est hic sermo: sed de illa que in sui natura h3 in toto paroxismo esse in dispositione hac. ¶ Considerādum scdo: q sicut dicebatur de empiala: ita dicendum de lipparia. Quidam enim auctores vtuntur hoc nomine lipparia ad significādum febrem: in qua intus est frigus: et extra calor: vt Ysaac febrium quinto. Quidā vtuntur hoc nomine ad significādum febrē: in qua interiora sentiuntur calida et exteriora frigida. Et dī lipparia. i. pinguis febris: q2 pingues intus sentiunt calorē: et extra frigus: vt Aristo. pble. 8°. 80. pblemate. Et ad febrē significādum vtitur Auicen. hoc vocabulo. et Gal. 3° de simplici medicina. distinctione tertia 3° cap. et in affo. xlviij. quarte pticule. In non deficientibus febribus si quidē que extra sunt frigent. Et in cōmēto affo. xliiij. septime pticule. Si febris non a cholera habeatur: vbi dicit. Limos vel lipparia febris etc. et i cōmēto secundi pronosticorū: cōmento 4° in fine. ¶ Considerādū tertio: q raro inuenitur grossa cholera grossitie: q̄ ad hāc febrē requiritur: cū sit illius cholere extrane⁹ motus: flegma autem grossum in interioribus reperitur frequenter: et ideo frequentius hec febris reperitur a flegmate.

¶ Quomodo autem est flegmatica: est quoniã flegma intrinsecum quando inflãmatur & putrefit: calefacit illum locum.

¶ Primo ostẽdit modũ eius qñ est a flegmate. scdo qñ est a cholera. tertio dubium mouet & soluit. ibi 2°. (Modus autem.) ibi 3°. (Et habet.) Prima in duas. pmo premittit. secundo declarat. ibi 2°. (Qm̃ nõ resoluit.) ¶ Dicit pmo: q a flegmate fit febris: qꝛ flegma intus putrefit aliqñ: & calefacit illum locum. s. solum. ¶ Dubitat qd flegma sit illud. ¶ Dicẽdum q est vel flegma vitreũ, vel crudũ. ¶ Sed tu dices: quare nõ infrigidat intus: sicut in empiala. ¶ Dicẽdũ q si huic flegmati adueniat putredo in oĩbus partib⁹ tunc solũ calefacit: & non ifrigidat interiora: & hoc est in lipparia. Si aũt quedã pars soluz putrefiat: & maior pars sit frigida mota non putrida: tunc interiora infrigidantur: sicut in empiala. Cõtingens est autem vtrũqꝫ euenire ppter diuersitatẽ hominũ & locoꝝ & materieꝝ diuersitatez in eadem specie: & ppter diuersitatem causaꝝ agentium.

¶ Quoniam non resoluitur nisi quando putredo calefacit exteriora corporis cum sparsione vaporis sui calefactione plurima.

¶ Hic declarat: & pmo quare putrescẽte illo flegmate intus exteriora non calefiunt. scdo quare infrigidant exteriora. ibi 2°. (Et qñ virtus.) ¶ Dicit pmo: q illud flegma putridum in iterioribus ideo calefacit locũ illum tñ: qꝛ mã flatica putrida in iterioribus nõ resoluit per poros tunc: nisi q putredo ppter plurimã calefactionẽ in illa mã putrida calefacit exteriores partes versus cutim & extremitates vaporibus illius materiei extra expãsis. Et sub hac ppositione Auič. intelligit istã: sed flegma in interioribus putridũ possibile est: q nõ sit calefactũ plurima calefactione potente ad extra mouere vapores. ergo illũ solum locũ intrinsecum calefacit: & non locũ siue loca extrinseca. Negare aũt istam possibilitatẽ non est possibile: lꝫ non sit facile eã ponere. ¶ Jam ergo apparet: q flegma putridũ in iterioribus⁹ in hac lipparia in duob⁹ differt a flegmate putrido in empiala: qd etiam flegma est in iterioribus. Primo q in empiala non totũ calefit: sed in lipparia totũ calefit vel maxima pars eius: & vtrũqꝫ est possibile inesse de facto in diuersis hoĩbus. Secundo. qꝛ putredo in flegmate lipparie non est fortis: & multe calefactionis: vt possit extra mouere vapores: lꝫ in empiala illic pauce partes: que sunt putride habent vnum fortẽ calorem igneum dantem vaporibus motum ad exteriora: vnde exteriora calefiunt.

¶ Et quando virtus effunditur ad locum: vbi est lesio: tunc euacuant exteriora a calore: quare infrigidantur.

¶ Jam pbauit q ɔtingẽs est exteriora nõ calefieri: sed soluz ille locus iterior. Hic vult pbare q ɔtingẽs est exteriora infrigidari: & dat tres cãs. Prima. qꝛ illa virtus tẽdit ad illũ locũ intrinsecũ: vbi fit putredo. ¶ Dubitat: quare in empiala nõ effundit calor & spũs ad locũ intrinsecũ: vbi est lesio. s. putredo: sicut fit in lipparia. ¶ Hic sũt multi modi dicẽdi: videlꝫ. Primo q cã in hac diuersitate põt esse diuersitas idiuiduoꝝ in sensibilitate & aptitudine passionuꝫ interioꝝ. Jlle ergo in quo est multa sensibilitas & aptitudo ad passionẽ in locis iterioribus: vbi flegma putrefit: habebit fugã caloris intus: & fiet lipparia. Aliter aũt non talis non habebit illã: sed poterit habere empialã. ¶ Scda causa in hac diuersitate põt esse modus putredinis malignus: vel nõ malignus: & stant ista simul: q putredo & caliditas in toto flegmate in lipparia sit in gradu remissiori: & tamẽ sit malignior cogens virtutẽ intus ɔfugere. ¶ Tertia causa posset dari & est diuersitas calefactionis harum materieꝝ. Et fantasiemur: q in lipparia est facta quedã ignitio & assatio totius flegmatis: vnde depressis partibus flegmatis nõ fit euaporatio: & ppter nocumẽtum caloris ignei assantis interfugit calor: & tunc oportebit dicere: q fortior est: & acutior calor in flegmate & putredine flegmatis in lipparia q̃ in empiala. & est ɔtrarium ei qd diximus: & esset alius modus lipparie. ¶ Quarto põt dici: q vtrobiqꝫ calor intus reuertit: sed in empiala vapores calidi mouentur extra: & mouent vnde violentat motum caloris intus ipsum ad exteriora trahẽdo quasi violenter. Et hic modus apparet eẽ bene ɔueniẽs: lꝫ aliqd supra de eo dixerim: sed si alicui placet: illũ accipiat. ¶ Dubitat vnde causat frigiditas in exterioribus intus fugiente calido. ¶ Dicẽdum vt supra diximus: q vel ab aere: vel ab elemento frigido: qd est in nobis: non intẽdimus hic protelare.

¶ Proprie quãdo in exterioribus sunt flegmata cruda vitrea frigida.

¶ Hic dat cãm scdam infrigidationis: & patet: & lꝫ ipsam videat ponere cãm simul cum pmissa: tñ per se sufficiens cã est: vt exteriora ifrigident. Nã lꝫ intus non ɔfugiat calor: sed in exterioribus sint flegmata vitrea infrigidabunt exteriora: si hẽant aliquẽ modum motus: quẽ dare potuerũt vapores ab intra venientes. Et apparet tibi ex hoc: q aliqui pauci vapores veniant ad exteriora a mã flegmatica. que interiora calefacit. & illi pauci eliquant vel agitãt multa flegmata vitrea extra stantia quoꝝ frigus sentiat: & nõ sentiat calor vapoꝝ fiat lipparia. Sed qꝛ Auicen. vidit: q vapores calidi simul cum illo flegmate sunt plus apti facere sensum caloris. & frigoris fm easdem partes. ideo omittit hoc dicere: qꝛ talis febris est potius de sequenti capło. Et ppter hoc Auicen. istã causam coniunxit precedẽti: vt ostẽderet q motori huius flegmatis vitrei ad ifrigidandũ est calor fugiens intus. vnde eius frigiditas apparet. Et intelligo hic motorem large.

¶ Et iterum qñ resoluitur multotiens ex ea vapor: qui non putruit: sed eleuat. & facit caliditatem & associat ei caliditas spatio paruo. deinde separatur ab eo separatione vaporis aque calefacte. Quum ergo separatur ab eo: et fuit in radice ante putredinem vehementis frigiditatis: & redit infrigidat corpus.

¶ Hic dat tertiam cãm istius ifrigidationis in exterioribus & calefactionis in interioribus. & vult q causa est: quia a flegmate isto interius putrido surgit vapor & facit caliditatez. s. in actu eleuationis. & iste calor paꝝ durat cũ eo &c. ¶ Dubitat qꝛ multo facilius dꝫ hic vapor eleuari in empiala febre: qꝛ pars vna est putrida: & illa eleuabit vaporẽ aquosum frigidũ: & non putridum a parte non putrida. Jn lipparia autem cũ putredo sit super toto flegmate: non poterit eleuari vapor non putridus. imo necessario erit putridus tenens calorem. ¶ Considerãdum q fm sanũ intellectum Auicen. inuit hãc diuisionem: q vapor qui ab extrinseco flegmate surgit. qdã est nõ putridus & per ɔñs nõ seruans calorẽ: qꝛ non hꝫ illum pfundũ & intrinsecũ: quidam aũt est vapor putridus qui nõ est aliud q̃ ipsuꝫ corpus putridum humoris subtiliari & eleuati in vaporẽ. Possemus ergo imaginari q in empiala vapor: qui extra venit est putridus: qꝛ surgit a parte putrida: cuius putredo est fortis caloris dans illi vapori fortem motũ ad exteriora: sed a reliqs partibus nõ putridis non surgit vapor: qꝛ illic sũt multe partes: & solum sunt eliquabiles a calore partium putridarum: qui non potest eas facere euaporare euaporatione ad extra. imo solum eliquate infrigidant interiora. Et si a partibus non putridis surgeret vapor veniens ad extra

mixtus cum vaporibus putridis: tunc in hac febre sentiret calor ⁊ frigus in exteriorib⁹ ⁊ hoc ꝓpter duos vapores: ⁊ esset febris de sequenti cap. aut sentiret solus calor in exteriorib⁹: si vapor putridus cū suo calore vinceret ⁊ nō permittat vaporē non putridū reuerti ad suā friditatē: ⁊ esset empiala: aut intus ⁊ extra sentiret frigus: si vapor non putridus vinceret in hoc: qđ est reuerti ad suā frigiditatē nālem: ⁊ cū hoc vinceret caliditatē putridi vaporis: ⁊ esset de sūma lippariaꝝ. inq̄ꝫtum circa cor opꝫ esse calorē extraneū in oi febre: aut esset extraneus modus febris. ⁊ tu hoc ꝯsidera. ¶ Terminemus igit̄ imaginationē nr̄am ad hoc: ꝙ in empiala a ꝑtibus putridis flegmatis surgit vapor putridus. ⁊ a ꝑtibus nō putridis: que faciūt sensum frigoris: nō surgit vapor non putridus: aut si surgit. non pōt reuerti ad suā friditatem radicalē ꝯtrariante calore putridi vaporis. In lipparia aūt imaginari opꝫ: ꝙ ois ꝑs formalis flegmatis hꝫ calorē: vel saltem nullā hꝫ friditatē: que possit sensum frigoris īducere. ⁊ ideo in īterioribus sentit̄ calor purus: q̄ꝫuis tn̄ quelibet pars sit cal'a: imaginari possumus: ꝙ nō quelibet ꝑs sit putrida. ⁊ tūc a ꝑtibus putridis ꝓpt̄ talē motū putredinis in eis. vbi gr̄a. debilē putredinē non surgit vapor putridus tanti vigoris: vt ad extrema pellat: sed tātū quo petit cor: q̄a iteriores vie sunt latiores. A partibus aūt nō putridis opꝫ imaginari eleuari vapores non putridos multos extra veniētes: qui cū ꝑdiderint suā caliditatem īfrigidant. ¶ Sed merito hic accidit dubitari: q̄s est separator istoꝝ vapoꝝ: vt putridus ex eis vadat ad cor: ⁊ non putridus tēdat ad exteriora. vbi īfrigidat̄. ¶ Dōm ꝙ ꝯtingentia ꝯcursus haꝝ causaꝝ est. Cum enim posuerimus: ꝙ ille vapor putridus non est expulsibilis ad extra: seq̄tur eum venire ad cor. ¶ Sed dubitat̄. pone ꝙ iste vapor non putridus vadat ēt ad cor: q̄d sequetur. ¶ Dōm ꝙ vapor ille non putridus vadit cū vapore putrido. ⁊ nō reuertet̄ in corde ad suam friditatem: tam ꝓpter cordis caliditatē: q̄ꝫ ꝓpter socium vaporē putriduꝫ. Et si imaginationi tue placet: ꝙ possit reuerti ad friditatem: tūc erit modus febris sincopalis. ¶ Sed iteꝝ dubitat̄: pone ꝙ vapor putridus sit paucus non extēsibilis ad cor. ⁊ vapor nō putridus actu calidus sit multus vadēs ad cor. ⁊ calefaciēs suo actuali calore cor. ita ꝙ ledat oꝑationes illo calore: quero que febris est ista. ¶ Ista dubitatio faceret nos redire ad arduas speculationes de febribus: a q̄bus iam expediti sumus in q̄ōnibus nostris. Et dicamus ꝙ tu potes illā vocare ephimeram: nec magis debes turbari de hoc q̄ꝫ vocare ephimerā illā: que fit ex vaporibus ciboꝝ īdigestoꝝ ī stomacho. Et alios modos dicēdos habes in q̄ōnibus nr̄is. Hic ergo est modus ītelligēdi has febres lippariā ⁊ empialem q̄ꝫtum ad hos vapores ponēdo vaporē putridū surgere a parte putrida: ⁊ non putridū a non putrida. Possum⁹ aūt imaginari vaporē non putridū surgere a ꝑte putrida: ⁊ etiam vaporē putridū. ⁊ hoc s̄m diuersitatē putredinū: cū enim putredo in flegmate magis ꝓfundat̄ ad ꝑtes eius: ⁊ corpus flegmatis diuidit ⁊ subtiliat vnā partē: que est veꝝ flegma hn̄s putredinē in altum eleuās subtiliando vt aliq̄d ꝓpinquuꝫ: tunc est vapor putridus. Si aūt putredo nō sic ꝓfundet̄. ⁊ aqueum subtile: qđ est in flegmate eleuet: qđ non dī flegma: sed pars flegmatis. tūc a ꝑte putrida surgit vapor: qui non est putridus. In empiala ergo febre: q: putredo in mā est ꝓfundior ⁊ fortior s̄m vnū moduꝫ supra dictuꝫ: surgit aliq̄d: qđ est putridū. In lipparia vō surgit aliquid aquosum frigidū radicalr̄ non putridū: sed calidum. vnde dimittit postea calorē suum: cū extra fuerit in loco remissioris caloris. ¶ Pōt aūt hic moueri questio si vapor: qui in lipparia surgit a ꝑte putrida non est putridus. ergo q̄uo ista febris est de sūma putridaꝝ. ¶ Et dicemus: ꝙ nō est vere putrida sicut si vapor esset putridus: sed inq̄ꝫtū minera est putrida dī febris putrida. ⁊ huic simile est imaginabile in putredinibus alioꝝ humoꝝ. Et pōt q̄s addendo ad oia ꝑdicta dicere: ꝙ ois vapor: qui surgit a mā putrida: est aliquo mō putridus: sed cū non est ꝓfunde putridus. potest dimittere accidētalem calorē vt in lipparia. Cum autē habet putredinē ꝓfundā nō dimittit illā vt apparet in empiala. Ex q̄bus multe q̄ōnes soluunt̄. ⁊ apparet solutio ad q̄ōnē primo motā. ¶ Cōsiderādum vlterius nos hic ꝓsupponere aquam calefactā posse reuerti ad suā frigiditatē: ⁊ vaporē ad frigiditatē: ⁊ moduꝫ substātie posse reuerti. causam aūt hic nō damus: sed dedimus eā. 2° cañ. capitulo 2°.

Vapor nō putridū a re putrida surgere posse.

Vapor putridus tātā magis caliditatē hꝫ quā nō putridus.

¶ Considerādum ēt ꝙ duplex reperit̄ iſa hic. Una que dicit. fuit in radice. ⁊ intelligit: ꝙ calor iste in vapore aquoso non putrido separat̄ ab isto vapore separatione ⁊c̄. i. sicut separat̄ caliditas a vapore aque calide. vt apparet in manubrio lebetis. ergo cuꝫ iste accn̄talis calor separat̄ ab eo vapore. ⁊ in radice. i. radicalr̄ ex parte cōplexionis: quam hꝫ a nā: anteq̄ꝫ flegmati aduenirer putredo. fuit vehementis frigiditatis: q: fuit flegma frigidissimū. i. valde frigidū: vt vitreum ⁊ crudū: vel ad aliud redit. s. ad suam friditateꝫ ⁊ infrigidat̄. ¶ Considerādū: ꝙ sicut iste vapor postq̄ꝫ est eleuatus venit extra ita ꝑdit caliditatē. Si enim ꝓmo veniret extra cū calore: ⁊ postea īfrigidaret̄ ꝓmo ex eo sentiret̄ calor in exterioribus: qđ non fit: ⁊ aliter nō pōt imaginari. ¶ Cōsiderāduꝫ qđ dixit ante putredinē: q: si illud flegma ꝯsideratū fuit vt est sub forma putredis est calidū. ¶ Alia lr̄a hꝫ fugit. i. vadit ad radicalē cōpletionē ⁊c̄. ⁊ est lr̄a plana. ¶ Considerādum circa oia ꝑdicta: ꝙ ad febrē ad hanc lippariā possent ꝯcurrere plurime cause de ꝑdictis simul. verbi gr̄a. q̄n putrefiat flegma in īterioribus: ꝙ nō euaporat extra vaporē putridū. ⁊ ꝙ virtus effundit̄ ad locū putredinis: ⁊ ꝙ in exteriorib⁹ sit mā flegmatica vitrea. ⁊ forsan cum ꝑdictis pōt ꝯcurrere: q: vapor non putridus moueat̄ ad exteriora qui infrigidet̄. Q̄nq: accidit ꝙ vna sola cā sufficit. vbi gr̄a. si flegma putrefiat in īterioribus. ⁊ nō euaporet extra: q̄uuis nulla sit alia causa potest dici lipparia: in qua interiora calefiunt: ⁊ non calefiunt exteriora. Similiter si flegma intus putrefiat: ad quod reuertat̄ virtus: ⁊ intus congreget̄ calor: fiet febris lipparia. Et tu discurre per alias causas.

¶ Modus aūt quo fit cholerica est: q̄n cholera q̄n est pauca. ⁊ intrinseca ⁊ putrefit ⁊ calefacit locum: ⁊ non resoluit̄ ex ea aliquid accidit: quod diximus in sua compare ex flegmate. et appropriatur hec cholerica taburos nomine. Uerum lipparia est nomen generis: ⁊ est longioris spatij q̄ꝫ emitriteus.

¶ Hic ōn̄dit q̄uo lipparia fit ex cholera. ⁊ modus est si in īteriorib⁹ putrescat cholera pauca: supple ⁊ grossa īteriora calefacit. Sed paucitate ⁊ grossitie nō resoluit̄ ex ea aliq̄d: qđ expandat̄ extra. Accidit ḡ ex hoc illud: qđ accidit ī lipparia facta ex flegmate q̄ꝫtum ad ꝓ^m moduꝫ: que lipparia ex flate in hoc est cōpar sme ꝯsilis huic lipparie ex chol'a. ¶ Cōsiderāduꝫ: ꝙ sicut in lipparia de flegmate poterat cōtingere īfrigidatio in exterioribus: si flegmata vitrea erāt in eis: sic imaginabile est aliquā in interioribus esse cholerā: ⁊ ex flegmate: liꝫ sit hoc difficile esse: ⁊ sicut in flatica cā infridationis in īteriorib⁹ poterat esse fuga caloris ad locū putredinis. ita multo magis in cholerica. Tertia cā est exclusa a febre cholerica. nō eni est imaginabile: ꝙ a chol'a surgat vapor aqueus: q̄ īfrigidet̄: aut difficile est imaginari. ¶ Appropriat̄ noie ⁊c̄. Nō hꝫ h̄ nomē apđ nos aliquā expōnē. ¶ Est lōgioris spatij q̄ꝫ hemitriteus. s. in ꝑoxismo vno. ⁊ h̄ ꝓpter grossitiē mā: ⁊ cuius signū est pauca euaporatio. Placeret autēꝫ mihi plus: ꝙ lr̄a diceret: est lōgioris spatij q̄ꝫ tertiana. s. pura. Et vult forsan Auicen. intelligere

q est lõgioris spatij in pñodicatione: qꝛ non pñodicat oĩ die: nec est necẽium q pñodicet de 3° in 3m. qꝛ põt periodicare de 4° in 4m. Et non tollit quin sit febris cholerica: ꝛ possunt hec itelligi ex dictis in cap. de empiala. Cum ergo dixit q̃ hemitriteus intellexit q̃ꝫ flatica: ꝛ q̃ꝫ cholerica tertiana.

¶ Et habet aliqs vt dicat quõ erit febris: ꝛ non procedet in ea caliditas ex corde in totum corpus. Illud nãqꝫ quod narratur est de genere eius: in quo nõ procedit caliditas ex corde in totum corpus. ¶ Responsio itaqꝫ est: q in terminis harꝫ rerum attenditur vna conditio: vt non sit quod prohibeat sicut diffinimus aquã frigidam ꝛ humidam: qñ disposita est fm naturam suã: ꝛ non fuerit qd prohibeat: ꝛ diffinimus graue qd est illud: qd tendit inferius: qñ dimissum fuerit cum sua natura: ꝛ in istis omnibus caliditas peruenit ad cor: ꝛ pcedit in arterias: ꝛ spargitur. At ꝟo accidit prohibitio illius: in quibusdã locis: sicut accidit ei: sup quẽ ponuntur pruine. ¶ Nocumentum ꝟo harũ necessarium est esse actu.

¶ Hic p̃ mouet dubiuꝫ. 2° soluit. Dubiũ est hoc: quõ febres lipparie possunt dici febres: cũ non hẽant diffõnem febris: que dicit q est calor extraneus ꝛc̃. Expansus ꝛc̃. Rñdet q in terminis. i. in diffõnibus harꝫ reꝫ. s. febriũ ꝛ entiũ naliũ que diffiniunt per aliquos effectus ꝛ accidentia attendit vna ꝯditio. ꝛ est q sunt vera vltima p̃dicata in illis diffõnibus nisi sit phibens. Vbi gr̃a: cũ diffinimus aquã dicimus est corpus frigidũ ꝛ humidũ: ꝛ hoc est veꝝ de sui nã ꝛ nisi sit phibens. tñ repit aqua cal'a. ꝛ sic appet in diffõne grauis. ꝛ in oĩbus. Hic adaptat hoc ad ppositũ: ꝛ intelligit q sic est in pposito: qꝛ febris est calor accẽsus in corde qui expandit ad alia mẽbra nisi sit phibẽs. In istis ergo febrib⁹ oĩb⁹. s. quecũqꝫ sint lipparie. ꝛ non lipparie caliditas venit ad cor: ꝛ pcedit de se in arterijs ꝛ spargit sup mẽbra: sꝫ aliqñ phibet spargi ad quedã loca: sicut accidit ei hoĩ vel ei loco: sup queꝫ ponunt pruine. Pruina fit ex vapore aqueo congelato a forti frigore. vt 1° metheoroꝝ'. ꝛ ideo fortiter infrigidat. vbi ꝟo nos hẽmus pruine sudeus hꝫ nix. Et dicit sicut accidit ei sup quem exponit nix'. si ergo sup extremitates febricitãtis: vel sup alio loco ponat nix vel pruina vel glacies: locus ille infrigidabit: ꝛ febris nõ poterit expãdi in illuꝫ locũ. ꝛ tñ iste hõ dicet febriens. Simili modo ppter multas cãs põt phiberi expãsio febris sup mẽbra. ꝛ cã sitis niui est flegma vitreũ infrigidãs exteriora.' ¶ Nocumẽtũ. Quia diceret aliqs: an mẽbra supra que phibent expãdi iste febres sint egra: ꝛ lesa in opõnibus. dicit q sic. Nocumẽtum ꝟo eaꝝ. s. febriuꝫ actu in toto necẽium est eẽ. ¶ Sed dubitat si manus febrientis est phibita recipe febrẽ. quõ ergo noceret eius opatio a febre: que est in corde. ¶ Amplius. Põt eẽ hec phibitio ppter friditatẽ actualeꝫ a niue acceptam. quõ ergo ledit opatio a febre: cũ ledatur ꝛ moriat a frigore. ¶ Nos iam declauimus plixe ħ in qõne nr̃a de subiecto febris. ꝛ declarauimus: q ps sic ifrigidata hꝫ morbũ frigidũ: qui est sibi forma. ꝛ sic ledunt eius opõnes a friditate: ꝛ cũ hoc hꝫ febrẽ per cõitatẽ. i. qꝛ cor febrit: nõ põt manus exercere suas opõnes. Presupponit. n. pro opõnib⁹ suis tẽperamẽtuꝫ cordis. ꝛ vtraqꝫ istaꝝ sufficit ad hoc: q man⁹ nõ possit exercere suas opõnes. ¶ Alr põt ps exponi ꝛ minus subtilr. Si dicat si nix vel pruina debent phibere febreꝫ sup mẽbra. qbus apponunt: opꝫ q sint tãte infrigidationis q iducant morbũ fridũ ledentem opõnes: qꝛ aliter nõ phiberent febrẽ recipi. ꝛ hoc est qd dicit. nocumẽtũ eaꝝ. s. pruinaꝝ ꝛc̃. Repit aũt in nr̃is qõnib⁹ de febrib⁹ textus iste alr expositus ppt lraꝫ que repiebat: que dicit prune. s. ignis. Quẽadmodũ. n. calor prune est calor nõ euaporãs. ꝛ nõ expãsibilis: sed cõburẽs locũ: in quo pruna ponit sine euaporatiõe. ita hũores qdã intus putrescẽtes calefaciunt loca itrinseca sine euaporatione ad exteriora. tñ cum hoc actu nocent operationes totius.

¶ De febre: in qua fit vnaqueqꝫ duarum reruꝫ in vnoquoqꝫ duoꝝ locorum. Cap. iiij.



I hec febris fuerit: non erit nisi vbi sunt due materie frigide mote propter putrefactioneꝫ: quaꝝ vna est in interioribus: ꝛ altera in exteriorib⁹: ꝛ non est aliqua eaꝝ plurimi nocumenti. Deinde quum incipiunt putrefieri mandat vnaqueqꝫ eaꝝ vaporem calidum cõprehendentẽ cum partibus suis: ꝛ vbi est frigiduꝫ. ¶ Et tu quidem iam sciuisti causaꝫ in regimine humoris frigidi in dispositione motus.

¶ Hec est tertia febris: in qua vnaqueqꝫ duaꝝ reꝝ. s. calor ꝛ frigus fit in vnoqꝫ duoꝝ locoꝝ. s. itus ꝛ extra. g nõ est pars in qua nõ sentiat sil' calorẽ ꝛ frigus. Dat aũt Auic̃. talẽ modum q imaginemur duas mãs flaticas fridas vitreas: q̃ꝝ vna sit itus: alia extra. ꝛ vtraqꝫ moueat calido putredinali talr q appareat eaꝝ frigus. ꝛ ex hoc iste sentiet frigus intus ꝛ extra. Sed cũ hoc imaginat q aliq̃ ps vtriusqꝫ mãe putrefiat: ꝛ emittat itrinseca mã putrida vaporẽ calidũ putridum extra attingẽtem loca illa: que ifrigidant. ergo iste vapor calefaciet: ꝛ mã frida infrigidabit. ꝛ eodeꝫ modo a parte mãe putride extrinsece vadat vapor putridus itus: vbi est cõprehẽsus fridus humor: ꝛ cõprehẽdit illas ptes. ergo sentiet calorem ꝛ frigus. Et si tu imaginaris: qd vult Auic̃. videbis: q iste sint due mãe duaꝝ empialaꝝ. mã enĩ intrinseca sola sine extrinseca faceret empialã. Et apparet vnus alius modus lipparie facte a flegmate: quẽ supra nõ posuit. ꝛ est q mã faciens empialã stans intus ponat q sit extra. vnde mota per putredinẽ sentiat frigida in exterioribus: ꝛ vapor putridus ferat intus ꝛ calefaciat iteriora. Et mirãdum est: q Auic̃. de illa non fecit mentionẽ. Et forsan causa fuit q expectabat nos itelligere eã per ea: que dicere debebat in hoc cap. ¶ Cõsiderãduꝫ q Aui. dixit: si fuerit: qd est dubiũ an fm vnã ꝛ eãdem partẽ possit esse calor ꝛ frigus. Modus tñ cõis dicendi est q nõ sunt iste q̃litates fm vnam partẽ formalẽ: sed fm diuersas ptes formales tã ppinquas: q sensus decipit in iudicio de situ partiũ: ꝛ iudicat totũ esse calidum ꝛ frigidũ: sicut pone exẽplũ de collo colũbe: ꝛ de multis picturis rubeis ꝛ albis in vno spacio: vbi ex hoc iudicant esse diuersi colores in eadẽ parte. Et illud qd istum modũ dicendi ꝯfirmat est: qꝛ si fm vnam ꝛ eandeꝫ partem imprimeret calor ꝛ frigus in hac febre: tunc febriens percipiet tepiditatẽ: que est forma inter ꝯ̃ria ista. ꝛ non percipiet ista duo ꝯtraria ꝛ nos transimus hic. iam eniꝫ scripsimus de hoc supra scdo de accidente ꝛ morbo. ¶ Cõsiderãdum etiam circa illam partẽ. Et nõ est aliq̃ eaꝝ plurimi nocumẽti. s. per vlẽm putrefactionem: qꝛ tunc nõ infrigidarent iste mãe. pars ergo pauca eoꝝ putrefit. vt diximus in empiala. Vel plurimi non est nocumẽti. s. ppter malignã putredinẽ: qꝛ si hoc esset: tũc virtus fugeret vehemẽter ad interiora ꝛ infrigidarent exteriora. Mandat dicit motuꝫ ad extra. ꝛ nõ est dubium. q si ꝯtingant ad intra vapores mandari notuꝫ est. ꝛ iuuat ad hoc dilatatio arteriarum'. ¶ Et tu: qꝛ diceret aliquis quomodo flegma qñ

putrefit infrigidat: ꝛ non infrigidabat prius. ¶ Dicit ꝙ tu
sciuisti causam huius supra cap. de empiala. In regimine
humoris frigidi in dispone motus. i. ꝙ regimen facit fri/
gus cum mouetur: q2 infrigidat: ꝛ prius quiescens non infri
gidabat. ¶ Considerãdum autem ꝙ Gal'. videtur sentire
in causa huius febris ſm cõmunem expositionem scđo de
differẽtijs febrium. s. ꝙ fit diuersitas partiũ flegmatis iux/
ta se positaꝝ: quarum vna putrefit ꝛ calefacit: ꝛ alia iuxta
illam non putrefit: ꝛ infrigidat.

¶ De febre sincopali humorosa. Cap. lv.



Ec ſm plurimu3 est propter flegma
crudũ repletionale qđ facit febrẽ dis
partitã plurimũ: q2 iam vincit virtu/
tem. Et ſm plurimu3 adiuuat super
eam debilitas oris stomachi. ¶ Et quãdo mo
uetur ꝛ icipit in putrefactione virtutem vincit
plus: ꝛ facit ea3 hesitantem. ¶ Que si dimissa
fuerit cũ materia: non sufficiet cõtra mãm. Et
qñ occupatio fit in euõne eius cu3 facilitate: fit
inobediens: aut mouetur motu ſfocante virtu/
tem. Et qñ occupatur in euõne eius cũ solutione
ventris: aut flõmia cu3 labore non tolerat vir/
tus. Quõ enim tolerabit: quu3 sit illic cum sua
quiete sincopis. Et cũ hoc toto ipsi idigẽt eua/
cuatione vehemẽter. ¶ Et itez ipsi indigent
cibo vehementer: qm̃ in humoribus eoꝝ non
est quod nutriat corpus: ꝛ viuificet ipm: ꝛ cor/
pus eius est priuatũ nutrimento. Quod si stu
dueris in cibando: additur materia diminuta:
ꝛ si non cibatur: cadit virtus.

¶ Cum determinauit de febrib9: in qbus est calor ꝛ frigus.
ꝛ plurime ex eis sunt flegmatice. determinat de alijs trib9
febribus. Et ṗmo de sincopali humorosa: que dr̃ sincopa/
lis: q2 in ea fit sincopis. ꝛ dr̃ humorosa: q2 est cũ multitudi/
ne humoꝝ. Et ṗmo ponit eam 2 que fit a flegmate: ꝛ est ſm
plurimũ. Scđo eã que fit a cholera. ibi 2a. (Et qñ accidit.)
Prima in tres. ṗmo notã facit eam ex modo cause: ꝛ aliq̃li
ter ex accesse. scđo ex modo cure. tertio ex accidẽtibus ei9.
ibi 2a. (Que si dimissa.) ibi 3a. (Et accidit.) ¶ Consideran
dum ꝙ plus euenit inueniri flegma crudũ in substãtia ꝛ re/
pletionale: q2 multe quãtitatis ꝙ̃ cholerã repletionale3. ꝛ
ideo dixit ſm plurimum vel repletionale: q2 per multas re
pletionales: ꝛ nauseatiuas satietates aggregatum. ꝛ totu3
hoc est conforme dictis. Gal'. 12. terap. 2. cap.

¶ Facit febrem dispartitã plurimũ. multiplr exponitur. Pri/
mo. i. diuersam valde ab alijs febribus flegmaticis: vt ap/
parebit ex sui modo cure ꝛ accidẽtibus. Secundo dispar/
titam ꝛc. interpollatã: q2 forsan plus est iterpollata vel fre/
quentius ꝙ̃ continua: q2 forsan tãtam maliciam ↄtinue na
tura non sustineret. Tertio dispartitam. i. separatam: ꝛ di/
stinctam vel distantẽ inter paroxismum ꝛ paroxismu3: vel
exacerbationem. l3 enim materia sit multa: est tñ grossa vi
scosa frigida inepta putredini. Unde plus euenit paroxis/
mum a paroxismo postponi.

¶ Adiuuat sup eã. s. febrẽ sincopalẽ: q2 sincopis in ea fienda
ppter cõitatẽ eius ad cor: vt appet. 3o cañ. Fen. xi. Uel adiu
uat sup eã. s. mãm frigidã flegmaticã multiplicãdam.

¶ Considerãdum vincit virtutẽ pul. q2 mota magis ledit: ꝛ
facit eam. s. virtutẽ hesitantem: q2 nescit virtus qd faciat. si
enim cessat a motu materie suffocatur sub illa: si mouet eam
etiam suffocatur sub illa. vt apparebit.

¶ Que virtus si dimissa fuerit. ¶ Considerãdum etiam: ꝙ
ex hac difficultate cure: apparet virtutis hesitatio. Ondit
aũt Auic. cure difficultatẽ ṗmo per actum euõnis. na3 aut
non euacuabis eos ꝛ suffocantur: aut euacuabis. ꝛ tũc leni/
bus euãtiuis: ꝛ nõ obedit motui: q2 est cruda: aut agitat: ꝛ
suffocat: aut euãbis cum euõne. s. forti farmacia: aut phle/
botomia copiosa. ꝛ hoc est qđ dicit cũ solutione vẽtris cu3
labore. i. laboriosa ꝛ forti: aut flõmia cum labore: vt vtriq3
referatur. i. flõmia copiosa non tolerat ꝛc. q2 iste euõnes la
boriose plus fortiter illam mãm mouebũt: que anteq̃3 edu
catur: occidet: cum ipse quiescẽtes faciant sincopim. appa/
ret ergo ꝙ nõ possunt euãri. ꝛ tñ indigent euõne vehemen/
ter: q2 ibi est magna repletio. ¶ Considera tñ: ꝙ in flõmia
est speciale nocumẽtum. vnde ex toto in ea phibetur. 12. tera.
ꝛ. 16. ↄtinentis. ¶ Scđo ostendit cure difficultatẽ per ciba
tionẽ. nam indigent cibo: ꝛ nõ possunt cibari: q2 additur per
cibum mã diminuta. i. que sine cibo diminueretur per absti/
nentiã. vel diminuta. i. pauca existens in ↄparatione ad se
ipsam multiplicatã per cibũ. Isti enim habent stõm debilẽ
non digerẽtem bene cibaria. imo crudas materias multi/
plicantem. ¶ Sed dices: qd est fiendum in tantis hesitatio
nibus. ¶ Dicẽdum ꝙ male potest fieri cura. ꝛ vt plurimũ
est mortalis hec passio ſm ꝙ experientia vidimus. qd aũt
sit fiendum qđ stet loco istoꝝ. s. loco cibationis ꝛ euacua/
tionis apparebit in cap. cure. Questio. I.

Dubitatur q2 dicit ꝙ in hac febre sincopali nõ est
in humoribus: qđ nutriat corpus ꝛ vi
uificet. s. per spirituũ multiplicationẽ. ¶ Econtra per Gal'.
12. terap. 1. cap. vbi loquens de hac febre dicit. Lõgissimu3
enim qui ita dispositi sunt ferunt ieiuniũ ex ipsis quos hñt
crudis humoribus idigestis nutrito corpore. ¶ Idem per
Rasim. 16. ↄtinentis. 2. cap. ¶ Dicendum vt ponit Rasis ꝛ
Gal'. ꝙ isti humores flegmatici aliquãdo non sunt multu3
crudi: nec multũ mali: ꝛ homines tunc non sunt mali colo/
ris: nec ↄcauati in oculis. ꝛ tales nutrire possunt ꝛ ab istis
febribus contingit euadere. Aliquãdo sunt mali valde cru
di indigestibiles. ꝛ cũ eis in facie homo disponitur in colore
ꝛ habitudine quasi cacetica: ꝛ talibus humoribus hõ non
potest nutriri: ꝛ moritur homo ex hac sincopali febre. vn/
de Gal'. ibidẽ. Si enim nõ solum crudi ↄtigerint esse: sed in
tm̃ corruptionis deuenerint: vt non possint digeri finaliter
impossibile est saluari qui ita egrotat.

¶ Et accidit iceptione sui: vt effundatur ad cor
res frigida faciens accidere sincopim: ꝛ mino
ratur pulsus: ꝛ tardatur ꝛ fit rarus. Amplius na
tura sollicita est in calefactione materiei ꝛ sub/
tiliatione eius. ꝛ putredo que mouetur in quas/
dã partes eius adiuuat sup eã. ergo euadit cor
a nocumento ꝛ frigore eius: ꝛ cadit in nocumẽ/
tum caloris eius: quare fit pulsus velox: ꝛ p/
prie in ↄstrictione sua plusq̃3 fit velocitas alio/
rum. quãuis illud: quod vincit cu3 hoc sit par/
uitas: ꝛ tarditas: ꝛ raritas.

¶ Hic ponit signa ꝛ accidentia huius febris primo a pulsu.
¶ Considerãdu3 ꝙ hoc facit imaginari istã febrem esse cõ
tinuã: q2 effumatio materie ad cor aptius fit per partes in/
trinsecas. Tamen in interpollatis põt fieri talis effumatio
sicut in eis imaginamur fumum putridum venire ad cor a
materiebus extra venas. Questio. II.

Dubitatur vtꝝ tunc cũ effunditur res frigida ad cor
homo febriat. ¶ Dicẽdum ꝙ stãte no
cumẽto frigoris in corde nõ est imaginandũ: ꝙ hõ febriat:
sed cũ incipit cadere in nocumentũ caloris: tunc incipit fe/
brire. Modum autẽ euasionis a nocumento frigoris dicit

esse per calefactionem: quã facit nã. s. mouendo spiritum ⁊ per calidũ putredinale: ⁊ tunc cum calefiunt ptes starũ fit pulsus spissus ⁊ velox: cũ nõ possit esse magnus ꝑprie in cõstrictione. i. in sistole ꝑpter multitudinez vapoꝝ plusq̃ꝫ fit velocitas: seu spissitudo alioꝝ. Questio. III.

Dubitatur de hoc qm̃ Gal. 12. terap. 2° ca. loquẽs de pulsu istoꝝ dicit. Scd̃m alia tpa. s. a pͥmo paroxismo rarius ⁊ tardius hoꝝ arterie pulsant oĩuꝫ qualitercũq̃ꝫ febriẽtium. ¶ Amplius. Supra dcm̃ fuit ꝙ in flegmaticis febribꝰ pulsus sunt spissiores q̃ꝫ in q̃rtanis. non aũt velociores. ⁊ hoc ꝑpter v̾tutis debilitatẽ. ergo mlto magis hoc erit in sincopali. ¶ Dõꝫ dupli͛. ¶ Primo ꝙ lꝫ pulsus in istis sit tardior ⁊ rarior ꝑpter mortificationeꝫ caloris sub mã cruda viscosa: quãuis pars eius putrefiat. ⁊ fit hoc respectu aliaꝝ febriũ. tñ sistoles cõparata diastoli est velocior ⁊ spissior ꝑpter multam multitudinẽ vaporuꝫ circa cor. ¶ Scd̃o ꝙ hic cõparat pulsum: qñ cor iam cedit in nocumẽtum caloris pulsui: qui prius erat qñ stabat nocumentũ frigoris. vnde dicit plus q̃ꝫ sit velocitas alioꝝ. s. pulsuum precedentium tẽpore nocumenti frigoris: non tñ alioꝝ febricitãtium. ⁊ ideo subdit quãuis: qd̃ vincit. s. respectu aliaꝝ febrium: sit paruitas ⁊c̃.

¶ Et periodus eius est periodus flegmatice: ⁊ non alterat͛ ab ea. ¶ Et est cũ ea inflatio faciei. ⁊ mollities corporis. ¶ Et colores habentium eã non figunt͛ super dispõnem vnã. imo q̃nq̃ꝫ est cinerea ⁊ plũbea eius materia: ⁊ q̃nq̃ꝫ fit citrina: ⁊ q̃nq̃ꝫ fit nigra: ⁊ quandoq̃ꝫ fiunt labia coꝝ sicut labia comedentis mora. ¶ Oculi vero coꝝ sunt fusci virides exeũtes valde apud cõmotionem egritudinis: ⁊ fit sicut maniacus. ¶ Et quod est sub hypocundriꝭ eorum est vehementis inflationis: ⁊ similiter viscera eoruꝫ. ¶ Et quãdoq̃ꝫ euomunt acetosum. ¶ Et quãdo est eis apostema in quibusdam visceribus. tunc non speratur omnino.

¶ Quia dicit: ꝙ istud flegma non est vehemẽter extraneũ a nã flegmatis: sicut est flegma vitreũ. non enim est credibile illud inuenire posse circa cordis partes: nisi mõstruosum eẽt: sed est flegma crudũ repletionale. ⁊ est multũ q̃ꝫtitatis eẽt valde malũ. ⁊ ideo saluat͛ paroxismus flegmatis.

¶ Et est cũ ea iflatio faciei sicut in cacesia ꝑpter grossos vapores flegmatuꝫ crudoꝝ. ⁊ maliciam digestionis. Mollicies propter dominiuꝫ flegmatis in corpore.

¶ Et colores ⁊c̃. non figunt͛ ꝑpter pugnã virtutis hebitãtis. imo q̃nq̃ꝫ eius mã. i. cutis: ⁊ est mã. i. subm: vel mã. i. color. vel mã. i. humor colorãs. citrina. i. viridis: sicut. n. frequenter vnũ pro alio sumit͛. vt 2° ꝑnosticoꝝ cõmẽto 2°. ⁊ 2° reg. acu. cõmento. 21. Hec aũt diuersitas fit ẜm diuersum gradũ pugne: ⁊ suffocationis caloris sub materia: vt cum minus suffocat͛: apparet cinericius vel plũbeus: cum autez plus fit viridis vel niger. ⁊ ex hac suffocatione praua fiũt labia nigra: vt ei qui comedit mora.

¶ Oculi fusci ⁊c̃. mortificatione caloris: qui suffocat͛ a mã. Exeũtes. i. ꝓminẽtes ꝑpter multos vapores flegmatis. ⁊ possibile est ꝙ sit ꝑpter aliquẽ moduꝫ suffocationis apud cõmotionẽ. i. victoriã egritudinis. s. apud eius vehemẽtiã. Qd̃ aũt cõmotio significet victoriã apud sermones Auic. declarauimus super Fen. 6. cap. de causis morsus viperarum. Uel cõmotionẽ. i. ꝑncipium paroxismi.

¶ Et fit sicut maniacus ꝑpter ingetudinẽ ⁊ anxietatẽ in virtute: ⁊ propter angustias stomaticas repletione eius. vñ nõ quiescit in situ vno. Thadeus vero dicit ꝙ fit maniacus solũ quantũ ad faciẽ: q͛ habet eã terribilẽ vehemẽtis inflãmationis propter grossas ventositates. ¶ Uiscera: q͛ sunt etiã loca supiora versus ilia ⁊ vmbilicum. ¶ Et q̃nq̃ꝫ euomunt acetosuꝫ. Quia in stomachis coꝝ est aptũ generari hoc flegma ꝑpter frigiditatẽ. ¶ Et qñ. Cõcordant in hoc oẽs: q͛ malitiaꝫ apparis ⁊ febris eius non põt tolerare virtus. ⁊ vna cõis salus apostematis in interioribus est virtutis robur. vt. x. terap. 5° capl'o. ¶ Amplius. Istos nõ possumus cibare timore apostematis ⁊ cibo indigent causa virtutis non habẽtes qd̃ nutriat ⁊ viuificet: vt itelligitur a Gal. ibidem scd̃a parte. ⁊. 12. terapeu.

¶ Et q̃nq̃ꝫ accidit eis in quibusdã horis ex cholera dominante grossa: ⁊ fit cũ ea in visceribus adustio: ⁊ euomunt choleraꝫ: ⁊ sunt ei periodi phlegmatice ẜm plurimum.

¶ Considerãdum ꝙ cholera dñans. s. multe q̃ꝫtitatis grosse. vt vitellina ẜm Auic. per hoc qd̃ dicit dñatur in interioribus in sui motu põt facere sincopim suffocando calorẽ. ⁊ ideo dr̃ sincopls. ⁊ dr̃ humorosa: nã ꝑpter multitudinẽ huius humoris fit adustio: ꝑpter caliditatẽ humoris: cuꝫ calor occupat illũ. vñ fit maior adustio q̃ꝫ in ꝓdicta flegmatica pura euomunt cholerã: q͛ ista cholera vitellina facta ex flate ⁊ cholera reperit͛ multũ in partibus stomachi.

¶ Et sunt ei. Dupli͛ exponi põt. Primo. s. sincopali flegmatice: ⁊ iam dixerat hoc: sed addit ẜm plurimũ. vt ostendat ꝙ põt ꝑmutari ab illo ordine. Scd̃o ei. s. sincopali facte a cholera ista. ⁊ hanc credo fuisse Auic. intẽtionem. hec enĩ cholera grossa est ꝑpter flegma. ⁊ habet multã exuberantiam. ⁊ ideo põt facere oĩ die paroxismũ. ⁊ plurimuꝫ sic facit. An vero dicat͛ terciana vel nõ esset questio de noĩe.

¶ De febre sincopali minuta subtili. Cap. lvj.

Hec febris est acuta: ⁊ cadit pulsus ⁊ virtus in paroxismo vno: aut duobus paroxismis cum additione: et eueniens in corpore cuꝫ velocitate. ¶ Et quandoq̃ꝫ non sufficit cũ ea virtus vsq̃ꝫ ad. iiij. ¶ Et fit ex chimiꝭ subtilibus plurimũ. quoꝝ cholericum est vehementis subtilitatis ⁊ ꝓfundationis male substantie venenose: cui iã accidit putrefactio in corporibus calide cõplexionis sicce valde. ¶ Et plures paroxismi huius febris sunt paroxismi tertiane.

¶ Hec febris dr̃ syncopalis a syncopi: que in ea fit. dr̃ minuta: vt ꝯtra distinguit͛ a repletionali. Ita eniꝫ vt credo significat͛ in arabico: q͛ mã illa non est repletio nãlis: sed pauca dr̃ subtilis: q͛ euenit de cholera subtili: vel q͛ accidit hoĩbus cholericis subtilibꝰ habitu. Uel dr̃ febris minuta subtilis apud arabes febris ethica talis: qualis est ptisicoruꝫ: vt diximus in tractatu nostro de ptisi. ⁊ hec febris sincopalis est similis illis consumptis: cũ appareant hi vt ptisici.

¶ Est acuta: q͛ vehemens cum velocitate finis: q͛ in ea cadit virtus naturalis ⁊ aialis. Et pulsus in paroxismo vno: q͛ in pͥmo ⁊ duobus paroxismis supple cadit virtus cum additione. i. multo plus: ⁊ est eueniens in corpore. s. ista febris: vel iste casus virtutis cuꝫ velocitate: q͛ subito ꝑpter velocẽ motũ materie. ¶ Et q̃nq̃ꝫ. Quãdo est multa prauitas in mã non sufficit ⁊c̃. plurimũ quoꝝ. vt plurimum ista materia est cholerica: q͛ posset esse subtilis venenosa melãcholica. s. facta ex cholere adustione. Conditiones aũt huius mãe sunt ꝙ sit subtilis ꝓfundabilis in membris. vnde mẽbra nõ possunt illã mãm a se excutere: ⁊ ꝙ sit substantie venenose: ⁊ ꝙ sit putrida: q͛ vt sic facit febrem in corpore

cõplexionis calide ℸ sicce: q̄ hoc corpus est in quo regnat ... ista mãe cholerice subtiles. ℸ. s. q̄ hec mã ad sincopim per viã dissolõnis magis paraſ. vt. 16. otinentis. ¶ Et plures paroxismi. Quia vtpliũ sunt paroxismi cholerici. Si ... est hec mã venenosa melancholicã hñs nãm paroxismat in quartũ. ℸ forsan q̄ hic modus male cholere est prassina vel eruginosa. Lʒ Ysaac caplo de tertiana non placeat: q̄ ex prassina vel ex eruginosa fiat febris: cum virtus non tm̃ eam sustineat: vt putrefiat. Nos aũt credimus hoc non eẽ impossibile: ℸ si tibi placet opinio Ysaac iponas huic cholere venenose nomen: quod tu vis.

¶ De febre diurna ℸ nocturna ex flegmaticis. ¶ Capitulum. lvij.

Diurna est cuius paroxismus accidit in die: ℸ eius tepor in nocte: ℸ nocturna est ecõuerso: ℸ vtreqʒ sunt male: sed diurna est longior ℸ deterior.

¶ Primo notificat modos harũ febriũ: ℸ cõparat eas adinuicem. 2° pbat. ibi 2° (Et facit.) ¶ Cõsiderandum q̄ hec febris non est alia a flatica interpollata. imo est eadẽ cũ illa: sed determinaſ per accidens ad hoc nomen. Cũ enim cõtinua febris oi die inuadit de die. s. in pn° diei vel pceſſu. ℸ nocte tepescit. ita q̄ quãuis cadat mutatio in spacio noctis ℸ diei. nihilominus ſequr motũ diei ℸ quietẽ noctis vocaſ diurna. Si aũt icipit paroxismus veniente nocte: ℸ die tepescit codẽ modo vocaſ nocturna: ℸ q̄ oi die venire paroxismũ est pprium flegmatice. ideo hec febris est flegmatica. ℸ ideo Auic. ifra eam non curat alr. ¶ Si aũt bene ɔſideras ista febris potest esse cholerica: vt duplex tertiana: vel vna tertiana. ℸ differt ab alijs tertianis: quas cõtingit mutari in paroxismis: vt ɔtingit non ſequẽdo motũ diurnum vel nocturnũ: ℸ quodã modo imaginabile est hoc de febre quartana: q̄ aliqua põt dici diurna: cuius mot⁹ ſm maiorẽ partem ℸ fortiorẽ est in die: quies est ĩn maiori parte in nocte: sed q̄ nõ sic ɔpplõ põt ad aperi melãcholica febribus. ideo Aui. nõ voluit istam febrẽ fore de sũma melãcholica: q̄ si supra dixit q̄ iste febres nõ fiunt a melãcholia: forsan aũt q̄ cã que Aui. mouit ad loquẽduʒ de hac febre fuit: vt ostẽderet qd sit peius: an moueri mãa ad paroxismũ in die: ℸ tepescere in nocte: an ecõtra. Et sermo Aui. in his que dicit de hoc verificaſ de quacũqʒ mã: que mouetur siue sit flegmatica: siue cholerica: siue melancholica. attamen febri flegmatice melius. adaptatur talis modus motus dictus diurnus vel nocturnus.

¶ Et facit cadere multotiens propter longitudinẽ suã ℸ suũ euentũ in calore diei in ethicaʒ.

¶ Probat q̄ sit deterior diurna q̄ꝫ nocturna. Prima ratio: q̄ facit cadere in ethicã. Ratio est duplex. pma q̄ longior: q̄ de plurima materia vt probat statim. Secunda q̄ accidit in calore diei. quasi dicat q̄ calor diei ℸ calor feb. iuuãt se in exiccando ℸ faciendo ethicam.

¶ Et si ipsa nõ esset seua: non accideret hora aptionis pororũ: ℸ resolutionis vaporis: ℸ nõ accidit nisi propter multitudinem materiei ℸ fortitudinem eius.

¶ Scda ratio. Illa febris est magis seua: que accidit hora aptionis pororũ ℸ resolõnis mãeꝝ in vapores: sed diurna est hõ. maior est nota: q̄ non accideret illa hora: nisi q̄ mã est multa: nõ enim obstãte aptione pororũ ℸ resolutione materie facit febres. hoc ergo significat multitudinẽ ℸ fortitudinem materie. s. in qualitate ℸ motuqbus potest moueri contra virtutẽ non obstãte resolutione: que fit de ea.

¶ Et est necessarium cũ hoc vt patientes eaʒ cibentur in nocte: ℸ non permittantur dormire super repletionẽ stomachi. ℸ precipiantˀ vigilie. ℸ est ex eis: que faciunt cadere virtutem.

vel minorem propinquitatem ad cor. hec enim oia faciunt ꝙ membrum dicatur magnum vel paruum in dignitate. Aliter tamen potest exponi ſm magnitudinem eorum: scilicet apostematum in seipsis: id est ſm ꝙ apostemata sunt magna vel parua. Secundum autem, penes quod apostemata diuersificantur in faciendo febrem: est secundum magnitudinem venarum: scilicet pulsatilium ⁊ quietarum: ⁊ in hoc tangit maiorem vel minorem colligantiam cum corde. Tertium est ſm membra sua: scilicet alia a corde, quibus membris communicat membrum apostematum faciens febrem. Verbi gratia. matrix communicat capiti: et nucha cerebro. ⁊ ideo in apostemate matricis fiet febris cũ dolore capitis.

¶ Nam in mẽbris intrĩsecis sunt, que sunt propinqua cordi: ⁊ vehemẽtis cõitatis: sicut velamen ⁊ pulmo: ⁊ de eis sunt, que sunt lõginqua a corde: et debilis cõitatis sicut renes. Ipsi enĩ non semper faciunt propter apostemata sua febres fortes, neqꝫ cõtinuas. Et multotiẽs qdeꝫ sunt interpollate ⁊ sunt de genere febrium cõmixtarũ, et febrium tertianarũ, et quartane, et quintane, et sextane: et fiũt cũ eis rigor, ⁊ horripilatio: ⁊ ambiguũ fit esse earũ: et significat eas grauitas in loco renum: et in partibus alchatim, et dolor: et proprietas caliditatis in membro maioris consueta.

¶ Hic prosequitur. Deberet autẽ ostendere: quomodo mẽbra apostemata diuersificata ſm magnitudinem diuersificantur in prolongando febres, ⁊ abbreuiando: ⁊ quomodo in periodicando: deberet etiam secundo ostendere quomodo membra diuersificata ſm magnitudinem venarum in fortificando febres. Sed quia hoc totum scitur ab eo qui scit quod precessit de quarto libro. ideo Auicen. valde breuiter transiuit. ⁊ quod dixit in tertio libro. hic conatur ponere cursiue. ergo transiens Auicen. primo ostendit, quomodo membra diuersificata in longitudine ⁊ propinquitate ⁊ colligantia etiam sensibilitatis diuersificantur in faciẽdo febrem, ⁊ in periodis earum. secundo ostendit, quomodo apostemata diuersificata ſm membra sua diuersificantur in faciendo febres. ibi secũdo. (Et fortasse.) Quod diafragma sit propinquum ⁊ vehementis propinquitatis ad cor, quod est nobile: ⁊ multum sensibile est notum, ꝙ etiaꝫ pulmo sit propinquum cõmunicans ⁊ mobile ⁊ alligatum venis ⁊ arterijs est etiam notum. Renes autem respectu dictorum longinqui sunt parum alligati ⁊ parum sensibiles: ⁊ respectu diafragmatis etiam minus nobiles illis. materie ergo non sic copiose effumant ad cor, ⁊ discontinuantur fumi. ergo non est necessarium fieri febres fortes, neqꝫ continuas: ⁊ quia materie multe ⁊ diuerse possunt in eis aggregari: quia tolerant multum nocumentum: ⁊ possunt diuerse adustiones in eis fieri: ideo possunt fieri febres, que non sunt interpollate: id est que non sunt ordinate, sed diuerse commixte tertiane ⁊c. Et ambiguum fit, quia medicus videns tantam ambiguitatem febriuꝫ ambigit de causa, que fit ⁊ miratur, vel ambiguus de salute, vel de morte: ⁊ significat eas febres apostematum renum. De hoc scribit casuꝫ Rasis decimo octauo continentis quarto capitulo in principio. quem in propria forma vidi in domino Raynaldo de monte Melino.

¶ Quum aũt aggregatur in mẽbro vt sit proximus principali: aut fortis cõitatis cũ cor: aut vehementis sensus: et est neruosuꝫ: tũc cũ vehemẽtia febriuꝫ cõmitãtium apata eius accidunt ei inqetudo magna et spasmus: et fortasse cõmittãtur ipsuꝫ accña extranea: sicut apostemata matricis: associatur enim ei cum febre soda, ⁊ dolor ceruicis.

¶ Cum autem aggregatur patet. ¶ Dubitat Dynus vtruꝫ ad apostemata viscerum sequatur febris continua. ¶ Videtur ꝙ non, quia materia febrium continuarum est intra venas, vt supra capitulo de putredine: sed materia apostematum exiuit venas, ⁊ est in poris. ¶ Amplius. Continuarũ proprium est non horrere, vt Gal. secũdo de differentijs febrium: sed quedã apostemata quorundam viscerum vt renum faciunt febrem cum rigore. vt hic Auicen. ¶ Oppositum intellexit Gal. quarta particula aphorismorum super illo verbo. Febres quecunqꝫ non. ¶ Hic inutiliter prolongat quidam: ⁊ dicunt ꝙ febres apostematum visceruꝫ sunt continue propter materiã, que est in venis apostemati mẽbri: ⁊ si sunt interpollate sunt propter materiaꝫ, que venas exiuit. ¶ Et nos dicamus, ꝙ materia extra venas: cordi tamen propinqua potest facere continuam, sicut sanies pulmonis: ⁊ sanies pectoris: ⁊ demonstratio ad hoc est nota. Febres ergo sequentes apostemata visceruꝫ sunt continue vtplurimum propter causas: quas scripsimus supra capitulo de ephimera ab apostemate: possunt tamen quãdoqꝫ esse interpollate, vt hic dicit Auicen. ⁊ dat causam. ¶ Ad contrarium dicendum, ꝙ ille sermo est verus vtplurimuꝫ. ¶ Vel dicendum, ꝙ si materia est intra venas facit continuam: ⁊ cum hoc stat ꝙ aliqua contẽta extra venas potest facere continuam. ¶ Ad secundum dicenduꝫ, ꝙ ea de qua hic loquitur Auicen. est interpollata, quia aliquando sequatur apostema ad renum. ¶ Ad contrarium dicenduꝫ, ꝙ febres interpollate vtplurimuꝫ non fiunt ex apostematibus viscerũ. ¶ Et fortasse cum matrix situetur circa rectum intestinum, ⁊ non sit neruosum: scꝫ de neruis a cerebro ortis: extraneuꝫ videtur, ꝙ sequatur ad apostema eius febris cũ dolore totius capitis, ⁊ hoc est qd̃ dicit. Soda ⁊ dolor ceruicis. i. sincipitis vel soda. i. dolor capitis. i. sincipitis ⁊ ceruicis. i. colli: tamen matrix cõicat mãmillis ⁊ pectori ⁊ nuche per alligãtiam ad partes posteriores. ergo possunt fieri ab eo hec accñtia: ⁊ licꝫ videãtur extranea. Est ergo hec declaratio in exẽplo diuersitatis febris sequẽtis mẽbra apostemata diuersificata ſm membra sua: scꝫ quibus cõmunicant, que sunt alia a corde: ⁊ multa alia potes habere exempla. Sed Auicẽ. sumpsit exemplum magis extraneum.

Ma aliq extra venas põt febrem cõtinuas facere.

¶ Et caliditas quidẽ quãuis inflãmetur in eis apatibus: tamẽ non est valde vehemẽtis acuitatis, sicut est in causonide, nisi sit res magna: ⁊ cã in eo est: quoniã putredo nõ est sparsa: neqꝫ mota ad exteriora. ¶ Et pulsus quidẽ in febribus apatum intrinsecorũ est pulsus febriũ putredinis paruus in pricipio: velocis ꝯstrictionis apud statum: deinde magnificatur: ⁊ fit velox: ⁊ spissus ſm mẽbruꝫ, ⁊ materiã: ⁊ scd̃m qd̃ sciuisti: deinde erit vndosus ⁊ serinus: ⁊ facieꝫ ſm membruꝫ in neruositate ⁊ carnositate sua. ¶ Et vrina ſm plurimum est ad albedinem declinis: ⁊ paucitatem tincture propter declinationem materiei ad apa ſm quod sciuisti.

¶ Hic ponit quedã alia signa febriũ apatuꝫ, ⁊ sunt duo. Primuꝫ est a mõ caloris: ⁊ pꝫ nisi sit res magna, quia fit putredo apatis: ⁊ cũ hoc in venis. Et pulsu qdẽ. ¶ Scd̃m signuꝫ a

pulsu. Pulsus apostematuz putredinis est diversus:cuius sistoles est maior:et talis est in febribus apatu intrinsecorum: parvus in pri° propter suffocationem caloris sub mã, que movetur. Velocis constrictionis:id est sistolis. apud statu.s.tempore expressionis vel expulsionis: deinde magnificatur.s. expulsione facta vigorata virtute. Aliter pot exponi: vt ly deinde no dicat ordine temporis:sed locutionis, vt dicatur. Deinde.i.preter hoc pulsus fit magnus velox spissus fm membru et mam:qr apostemate existete in membro carnoso, nervoso, arteriosoret materia sanguinea fit pulsus maior, velocior et spissior:e cotra in mebro frigido et ma frigida. Hec scivisti p libro Fen scda cap de pulsu apostematuz. et libro 3° in proprijs capitulis. ¶ Deinde erit serinus. Hec et ista deinde no dicit ordinem tpis sed locutionis. quasi dicat. postqua diximus qualiter diversificat pulsus apatum viscerũ fm dias magnitudinis, velocitatis, et spissitudinis. Dicamus qualiter se hz in spebus pulsus noiatis pulsus serinus:et vndosus sive in dia mollitiei et duritiei. Et dicit q erit serinus facie:scz hoc fm membra in diversitate: qr fit serinus magis, et carnositate, qr fit serinus min°, vel fit mollis. ¶ Et vrina ad albedinem:id est ad paucitatez tincture respectu vrine apparetis in febribus de eadem materia stante in venis non apostemate propter declinationez etc. sicut scivisti supra capitulo de febre ephimera ab apostemate:et colligitur Fen secuda capitulo de coloribus vrine.

¶ De cura earum. Capi. xv.

Curatio harũ febriũ est curatio febriũ acutarum post curationem apatum. Radix eniz in eis est cura apostematis cum observatione cure febris de infrigidatione et humectatione.

¶ Multu abbreviat curam, qr si radix cure est cura apostematis. ergo scitur cura in gnali p libro Fen 4ª cap de cura apostematuz. In spali do scitur tertio canon. in vno quoqz cap cure apostematũ determinatorũ membrorum, et hic curatio. et cum hoc cura accidetium febrium scitur supra in p cap. ¶ Post curatione apostematũ. ¶ Cosideradũ scdo, q post non dicit ordine temporis, sed intetionis. febris.n. pedet ab apate: et ideo prius intendimus ad apostema q ad febrem, et ideo radix cure est cura apostematis cũ repercussivis a principio:et successive cũ alijs, sicut scitur in cura apatum cuiuscuqz mebri interioris ex libro 3°. Et in cura apatis cadit evatio. vt dictũ est:sed qr febris indicat infrigidationem et humectationem:et proprie apostematũ interiorum mebrorum et proprie calidorũ cum timeatur in eis ethica. ideo cura est infrigidatio et humectatio. Modi aũt infrigidandi et humectadi sunt dicti in cura acutarũ: et etiã modi lenificadi et evandi intelligũtur in virtute generalis capituli et modi cibadi. opz ergo redire ad cano. superiores, et fabricare super illos. Si aũt intentio ad apa:et intentio ad febrem cotradicant:intende ad illud, quod magis est suspectum. Et iam Avicen. fecerat nos cautos super cap de rebus, in quib° differũt febres putredinis:et cap de cura putridarũ in gnali:et generaliter p cañ. Fen 4ª in fine.

¶ Et in his febribus non cõceditur potus aque frigide, neqz introitus balnei.

¶ Premissa generali cura, descedit hic ad capla spalia:lz.n. in febribus apostematũ oporteat infrigidare:non tñ potest aqua frigida, qd est verum regulariter, vt probatum est supra cap de cura putridarum. coacte tame quadoqz no possumus aliter curare herisipilam. vt apparet 9° terapẽ. et lz oporteat humectare:non tñ cũ balneo:qr movet materiam ad membrum apostematum. vt vndecimo terapentice.

¶ Et si fuerit apa herisipila:lz vt fiat positio rerum frigidarũ:et infrigidatarũ actu de foris super ipsuz, sicut succus lactuce, et semperuiue, et portulace cũ aliquãtulo de sauich ordei albi: q sine cessatione infrigidetur super nivem. et permutentur:et fortasse permiscentur cuz eis oleũ omphacinum, aut oleum rosaceum.

¶ Hic secundo descendit ad specialem curam: quia ad herisipilam vbi vehementer infrigidat intendens recuperationi et prohibitioni marasmi:et permutetur, quia cum illa calefiunt. ¶ Et fortasse, quia si non est multa flãma. si eniz no est indigens maiori infrigidatione q que fit per oleum rosatum omphacinum vel non omphacinum. Avenzoar do timuit inungere cum aliquo oleo membrum quodcunqz in quo cholera dominatur, vt apparet primo theisir tractatu octavo capitulo tertio.

¶ Et si comederit lactucas ablutas ĩfrigidatas pertransit:et iuvatur cum eis.

¶ Hoc potest referri ad habentes febres ex apostematibus interioribus. et est verum inquantum in eis intẽditur infrigidatio et humectatio, que fit per lactucas:et potest referri ad habentes herisipilã, et multo magis verificatur. ¶ Sz dubitatur. quare ablvit lactucas cum preceptum sit non ablui lactucas. vt secundo canone primo capitulo. ¶ Dicendum q sanis melius est non ablui:sed habentibus herisipilam melius est lavari:quia removetur nitrosum:et sic magis infrigidat et humectat, nec timetur de ventositate. Fortis enim calor herisipile resolvit illam. dicit autez, pertrãsit.s. loco cibi:quia erit satis subtilis dieta:et iuvatur loco medicine:et dabimus eas decoctas:vel etiaz crudas cũ pauco aceto, vt consuetudo est.

¶ De dispositionibus febrium compositarum. ¶ Capitulum. xvj.

Febres qñqz cõponũtur adinvicem. Fortasse eniz cõponũtur ex eis spẽs egrediẽtes ĩ genera elõgata: sicut cõpositio febris ethice cũ febre putrida: et qñqz cõponũtur spẽs ex eis in gñe proximo cõvenientes, sicut est cõpositio spẽrũ febriũ putredinis: sicut tertiana cũ phlegmatica: vtpote febris nominata emitriteus: et sicut cõpõ febriũ apatuz. ¶ Et qñqz cõponũtur de eis species cõvenientes in specie, sicut cõpositio duarũ tertianarũ: et duarũ quartanarũ, et triũ quartanaruz. Quare fiunt due tertiane in apparitione dispõnis fm paroxismos phlegmatice: et tres quartane ĩ paroxismis phlegmatice. Et qñqz componũtur tres de febribus tertianis. si igitur fuerint fm coalterationẽ, erit paroxismus in die tertia vehemẽtior: qm pertinet ei periodus diei prime et inceptio diei tertie. et similiter in die quinta. Et simulatur hec emitriteo: sicut cõpositio duarũ tertianarũ simlatur paroxismis phlegmatice.

¶ Hic determinat de febribus cõpositis. Et primo dat generaliorez scientiã. Secũdo in speciali determinat: qr de quadam composita, que dicitur emitritea. ibi secũda. (Emitriteus.) Prima in qtuor. Primo ponit diversas compositiones febriũ adinvicem, que compositio sumitur a diversitate febriũ cõponentium. Secũdo infert ex hoc quedaz con-

traria z addit alios. Tertio circa compōnes febriū ponit cañ. quosdā. Quarto ponit diuersitates compōnis febriū sumptas ex parte modi cōpōnis illarū: z addit ēt cañ. ibi secūda. (Et ꝑpter hoc.) ibi tertia. (Et cōpositio febris ethice.) ibi 4ᵃ. (Et spēs.) ¶ Textus p̄me partis cū omnibus suis exēplis est notus. Qz aūt dixit, sicut cōpō febris apostematū intellexit q febris putrida sequens apata vtplm est cōposita ex spēbus in genere paroxismorū: q: in genere humoralium: z hoc ideo, q: apostemata vtplurimū fiunt de diuersis humoribus, vt p̄ de accidenti z morbo penul. ca. ¶ Hic tn̄ cadunt due q̄ones. Prima est, vtrū ephimera possit cōponi cū alijs febribus. Scda, vtrum ethica z putrida possint cōponi: z disputauimus istas q̄ones: z scripsimus: z ibi multa difficilia discussimus, ad illas ergo recurre.

¶ Et propter huiusmodi nō oportet: vt tota occupatione occupetur cum paroxismis: immo oportet vt occupetur cum accidētibus. ¶ Et quandoqz accidit: si fuerint febres iste tertiane pure: vt festinent paroxismi earum ad contentam. i. ad illam: que fortior est ita vt destruatur debilior earum prius. ¶ Et quandoqz significat compositionez reditio horripilationis post quietem. ¶ Et turpe quidem est medico scienti significationes cuiusqz febris z accn̄ia eius, vt non percipiat cōpōnem a primo die, aut scdo.

¶ Primo infert hoc, quod tamē sequitur ex dictis, z pz. Et est sermo Gal. primo de differentijs feb. penultimo cap. secundo ponit tres cañ. ¶ Primus canon. est q ille tertiane plures: scilicet tres vel due composite s̄m coalterationē pure existentes: quando sic se habent, q paroxismi earum festinant ad contentam vel contemptam, vel contentiuaz ita vt destruatur zc. ¶ Iste ergo canon. in secunda sui parte notus est. compositis enīz pluribus febribus tertianis puris, debilior earum prius recedit, cum materia sit paucior: hoc etiam dixit Gal. secundo de crisi nono capitulo vbi ponit, q ab illo adolescente, qui habebat tres tertianas: prius recessit debilior earū, z postremo recessit fortior. ¶ Cōsiderandum, q licet dixerim hoc esse, q quādoqz componuntur tres tertiane s̄m coalterationem sequendo premissum sermonez Auicen. z q: dispositio in tali compositione est manifestior: tamen verior est sermo Auicen. z Gal. si cōpositio sit s̄m viam introitus. ¶ Considerandum secundo q dixit pure, qa non pura tertiana potest eē debilior z prolixior: sed cañ. in prima parte habet obscuritatem: quid intelligit Auicen. per hoc, q dicit, festinant paroxismi ad cōtentam. In hoc est prima expositio s̄m glo. Gerardi extra, que dicit ad contentiuam id est ad illam, que est fortior. ergo vult q existentibus pluribus tertianis puris paroxismi fortiores festinant id est anticipant: z paroxismi debiliores postponunt: sequitur ex hoc ergo q debilior resoluitur prius. ¶ Secunda expositio est s̄m secundam literam, que dicit ad contentam vel contemptam id est debiliorem. Febris enim que debilis est contēnitur. i. spernitur. similiter est contenta. i. habita a corpore: sicut febris fortis est habens corpus, vt in cōmento aphori. illius particule intelligitur. Si a febre habito zc. vult ergo dicere, q paroxismi febris debilioris anticipabunt: z tamē prius resoluetur illa debilior. anticipatio enim pōt esse cuz declinatione. causa autē anticipationis est subtiliatio z acuitio cholere, quā facit calor fortioris febris: lz ergo paroxismi debiliores anticipent: essent tn̄ debiliores z breuiores: q̄re prius resoluetur. hec febris debilior. ¶ Tertia expō est vt per cōtentam intelligat illam, que precessit, vt dicatur q existentibus pluribus tertianis: z paroxismo cuiuscūqz earū anticipante ad suam, que p̄cessit. vbi gr̄a. paroxismo tertie diei qui est p̄me tertiane ad paroxismū p̄me diei: z paroxismū quarte diei ad paroxismū scd̄e: z paroxismuz quinte diei ad paroxismum tertie diei. s. ad paroxismū tertie. tertiane: tn̄ debilior de illis resoluet: z ita fuit ꝓcessus illius infirmi quem Gal. ponit scd̄o de crisi. ꝓ. n. paroxismi anticipauerunt: postea postposuerunt, z abbreuiati sunt: z postea debilior febris cessauit prius: q aūt febris precedens possit nominari cōtenta: satis est notū ex hoc, q posterior quodāmodo continet priorē virtute. est enīz sicut effectus eius. ¶ Et qn̄qz. Iste est secundus canon. notus in cap. de emitriteo. reditio enim horripilationis cadit in signis emitritei, que est composita febris, vel oppilationis: qa etiā in febribus prolixis de multis z diuersis materiebus redeūt oppilatiōes: postq̄ vise sunt esse aperte: lz hoc fiat in sola phlegmatica. z id dixit qn̄qz. ¶ Et turpe. Est tertius cañ. notus. Gal. tn̄ scd̄o de crisi. 8. cap. vult q si non cognoscis eā in prima vel secūda die: tn̄ cognoscis in tertia vel 4ᵃ. ¶ Cōsiderādū ergo, q si febres putride sint cōposite s̄m comitantiā in prima die: dz medicus cognoscere, q sit cōposita iquātū vidit accidētia paroxismi nō eē accñtia vnius pure materiei simplicis: lz certitudo cognitionis habeatur plus ꝓcedētibus paroxismis. sic̄ si sunt cōposite s̄m semitam introitus. si autem sint composite s̄m semitam coalterationis: pōt talis esse coalteratio: q non possit de ea sciri, nisi vsqz ad tres dies. vt si incipiat hodie vna tertiana: z in tertio die alia tertiana: et hoc potes considerare ex multa parte.

¶ Et compositio febris ethice cuz febre putredinis est ex illis, que valde ambigua sunt: quoniam ipsi vidēt interpollationes z iceptiones rigoris, z horripilationis: z reditionez sudoris si fuerint: z horas ꝑticulares: quare existimāt q sint illic febres putredinis tm̄ inseparabiles, aut composite ex cōtinua z interpollata.

¶ Hic ponit cañ. s̄m hos modos cōpositionis: z primo circa primum modū. s. qn̄ componuntur febres ingredientes in genera elōgata vt ethice cū putrida. secundo circa alios modos. ibi secunda. (Et qn̄qz cōtinuatur.) In primo cañ. vult ostendere quomodo occultatur febris ethica: quādo multe putride interpollate coniunguntur cū ipsa: vel quādo cum ipsa coniungitur continua vel interpollata. nā existentibus multis interpollatis cum illa: possibile est continue hominem febrire: z medicus videt reditus multorum paroxismorum, z venire sudorez: z si fuerint sudores: z tunc non indicat medicus hunc habere ethicam: lz continue febriat. imo continuam febrem indicat ex multo numero paroxismorum: z hoc est qd̄ dicit. Iudicat febrem putredinis z non ethicam inseparabilem. s. per multum numerū paroxismorum. ¶ Aut cōposite zc. qa continua cū interpollata eodem modo. cōis tamē deceptio in oībus istis est. q medicus dicit febrē ethicam nō habere exacerbationes, siue paroxismos: z tamē hic sunt paroxismi siue exacerbationes: nesciens q cum ethica potest esse putrida continua z interpollata, vt dicit Gal. primo de differentijs febrium. ¶ Cōsiderandum hic, q multi medici credentes se esse magnos iudicatores cum vident vnam continuam, que extenuauit: z vident aliquam vrine grossitiem: vt telam aranee statim indicant esse complicatam putridam cum ethica: cuz tamē non sit. vt iam diximus primo de differentijs febriuz. indicia in hoc sunt multum extimatiua.

¶ Et qn̄qz cōtinuatur cōpositio ita vt appareat febris vna ꝯtinua similis, que similat̄ synocho, z tūc quidē nō est excusatio reditionis ad significationes. Et si fuerint paroxismi breues non

ↄsequitur eoꝝ cõtinuatio nisi propter rem magnã de multitudie numeri eoꝝ ꝓpꝛie:⁊ fortasse vides interpollationes harũ febꝛiũ longas.

¶ Primo ponit quatuoꝛ cañ. post quos ponit alioꝝ opinionem ibi. (Quidã aũt.) Primus cañ. declaraẽ sic. Si aliqs haberet multas tertianas iterpollatas:⁊ semꝑ anteq̃ vnꝰ paroxismus recedit alter supuenit. iste videbitur fortiter cõtinue febꝛire ⁊c.⁊ credetur pꝛima fronte habere continuam vnam similem, que similatur synocho. id est vere continue de materia intra venas:⁊ certuꝫ est, ꝙ si talis continua foꝛtis caloꝛis oꝫ fieri:⁊ paroxismi sunt breues, ꝙ necessariuꝫ est esse multos paroxismos. In hac ergo deceptiõe redi ad significationes. verbi grã. cõtinua vniformis siue sit cholerica, siue sanguinea. siue phlegmatica nõ habebit tot ꝓfundationes pulsus:⁊ tot typos, quot apparẽt i illa, q̃ cõtinua vĩ, ⁊ nõ est. Et fortasse vides iterpollationes lõgas. i. paroxismos lõgos:⁊ tũc non opꝫ, vt sint multi numero ad significandũ vnã ↄtinuam, vel interpõnes. i. quietem inter paroxismum ⁊ paroxismuꝫ. q̃si dicat. si non sunt multi numero: videbis quietes inter eos, si sunt breues paroxismi.

¶ Et q̃n componuntur febꝛes diuerse: sicut emitriteus: eradicatur postrema earuꝫ:⁊ remanet cronica pura, siue sint due interpollate, aut due continue: aut interpollata ⁊ continua.

¶ Hic est scõs cañ. ⁊ dicit ꝙ q̃n cõponunẽ febꝛes diuerse. s. cholerica ⁊ phlegmatica:⁊ hoc est qõ dicit emitriteus ⁊ eradicatur pꝛius postrema. i. cholerica. ¶ Cõsiderãdum ꝙ cholerica dicitur postrema ↄsiderando secũdo paroxismũ siue exacerbationeꝫ ad pꝛimum:q: fit de tertio in tertium: sed in phlegmatica fit omni die. siue sit ⁊c. semper pꝛius recedit cholerica:⁊ hoc est verum per se ex natura haruꝫ materierum accidere: tamen potest aliquaꝫ phlegmaticam esse breuioꝛem quadam cholerica.

¶ Et q̃nq; cõponitur cum emitriteo alia tertiana ⁊ phlegmatica ⁊ melancholica. naꝫ si est cuꝫ tertiana erradicatur tertiana:⁊ purus fit emitriteus:⁊ si est cum phlegmatica: aut melãcholica erradicatur emitriteus:⁊ depuratur phlegmatica:⁊ similiter melancholia.

¶ Hic est tertius cañ. in quo Aui. imaginatur quẽdã hñteꝫ emitriteũ:⁊ vltra hoc habentẽ vnã tertianaꝫ:⁊ tunc pꝛius recedit tertiana q̃ emitritea, vel habẽtem vltra emitriteaꝫ vnam phlegmaticã vel melãcholicaꝫ:⁊ tunc pꝛius recedet emitritea:⁊ remanebit purã phlegmatica, siue pura melãcholica. Hũc aũt textũ introduco in q̃ne nr̃a de pꝛolongatione febꝛiũ ad ꝓbãdũ, ꝙ febꝛis cõposita ex chol'a ⁊ phlegmate fit pꝛolixioꝛ q̃ febꝛis ex pura cholera: sed est breuioꝛ q̃ illa, que fit ex puro phlegmate ⁊ pura melancholia.

¶ Et quãdoq; accidit compositio in eis ꝓm modũ aliũ:⁊ est vt componatur interpollata et continua diuersi generis: aut conueniẽtes ambe in eo. aut conueniẽtes in specie: sicut tertiana periodica cum tertiana inseparabili:⁊ sicut componuntur due interpollate. similiter componuntur due continue.

¶ Hic est q̃rtus cañ. in quo dicit. Et q̃nq; accidit cõpõ in eis. s. febꝛibus putridis ꝓm modũ aliũ ab eo: qui statim dictus est. nã cõpositio ꝓdicta erat triũ febꝛiũ. s. ex emitritea, q̃ est due febꝛes:⁊ ex alia: sed ista compõ est ex duabus febꝛibꝰ. ⁊ est triplex: q: cõponitur interpollata ⁊ cõtinua diuersi generis, vt iterpollata de cholera ⁊ ↄtinua de phlegmate vel econtra: aut conueniẽntes ambe in eo, sicut interpollata de cholera:⁊ ↄtinua de cholera:⁊ hoc est qõ dicit, sicut tertiana ꝑiodica cũ tertiana inseꝑabili: ita ꝙ exẽplũ hoc est eius qõ dixit. Aut ↄueniẽtes ambe in eo:⁊ opꝫ ñ ↄtinuari, aut ↄueniẽtes ambe in eo: sicut tertiana ꝑiodica cũ tertiana inseparabili:⁊ tũc subdit ꝓm modũ, aut ↄueniẽtes in spe: sicut due tertiane interpollate, aut due tertiane ↄtinue. ⁊ iõ subdit, sicut cõponũtur due interpollate. s. eiusdẽ spẽi. siliť componũtur due ↄtinue. s. eiusdẽ spẽi: vt due cholerice cõtinue, aut due phlegmatice ↄtinue. ¶ Cõsiderãduꝫ ꝙ textus põt aliter exponi, vt per cõtinuã diuersi generis itelligeret ethicam:⁊ tũc dixit ↄueniẽtes in eo. s. genere hoꝛum vt cõtinua de vno humoꝛe ⁊ interpollata de alio:⁊ cum dicit: aut conuenientes in specie: intelligit ꝙ q̃nq; componitur continua ⁊ interpollata:⁊ cõueniunt in spe eiusdẽ humoꝛis vt continua de cholera ⁊ interpollata de cholera ⁊ cum dicit. Et sicut ⁊c. vult dicere, ꝙ q̃nq; componuntur etiam due interpollate, vel due continue de eodem humoꝛe.

¶ Quidam aũt existimauerunt ꝙ due cõtinue nõ cõponuntur: sicut due tertiane: qm̃ q̃n materia est intra venas: non est possibile vt diuersificetur illud. in quo accidit putredo: putredo enim est procedens in toto. Questio. j.

Qui fuerint isti nõ inuenio:⁊ ꝓ ponit eorũ dictuꝫ:⁊ est ꝙ due febꝛes ↄtinue de eadẽ materia. vbi grã. cholerice nõ cõponunẽ, sicut due tertiane. s. interpollate cõponunẽ. Isti ergo ↄcedũt duas tertianas interpollatas cõponi: sed duas cholericas ↄtinuas, vel alias de eodẽ humoꝛe nõ cõponi. ¶ Cõsiderãdũ ꝙ lr̃a, que dicit, sicut due tertiane: põt dupliciť exponi. Primo sicut dictũ est: scõo sicut due tertiane supple ↄtinue nõ cõponunẽ. ⁊ hec secũda expõ non vĩ hñ ↄsona motiuo: qõ isti ponũt: tñ q: due tertiane interpollate videnẽ posse cõponi ꝓm viã cõem apparens motiuũ hꝫ: q: duo accñtia solum numero dĩa non pñt esse in eodẽ subiecto vt in coꝛde. ¶ Quoniã. Hic secundo ponit motiuũ opinionis:⁊ arguit sic. presupponit enim ꝓmo ex hoc. s. tractatu scõo pꝛimo cap̃. ꝙ febꝛis cõtinua est de materia putrida intra venas. tũc arguitur q̃n mã putrida est intra venas non hꝫ locũ pꝛecipuũ: imo procedit in toto. s. in toto concauo venarũ: q: concaua venarũ ↄtinua, ⁊ transmeabilia sunt: non ergo pñt diuersificari penes locuꝫ. vult ergo istoꝛuꝫ opinio, ꝙ si cholera putrefit intra venas, ꝙ ipsa putrefit in omni loco intra venas:⁊ forsan motiuuꝫ eoꝛum est: q: concaua venarũ sunt continua ⁊ transmeabilia a putredine:⁊ cholera iacet ibi continua. si ergo putrefit in vna parte: putrefit etiam in alia:⁊ per cõsequens non potest diuersificari locus putredinis. iam ergo apparet antecedens. ↄñtia pꝛobatur. nam due febꝛes cõtinue de materia cholerica fiunt: vel quia sunt due materie cholerice in duobus locis: vel quia sunt due materie cholerice in potentia, sicut due partes cõtinui. Non secũdo modo, q: omnis febꝛis interpollata põt poni due interpollate: que est tãte materie, ꝙ medietas posset facere febꝛẽ. ⁊ siliť ois continua esset due ↄtinue vel plures cõtinue. relinqtur ergo pꝛimo modo. s. ꝙ si de mã cholerica vel alia eiusdẽ spẽi debẽt fieri due febꝛes ↄtinue, ꝙ hoc sit q: materie sunt due in duobus locis intra venas: sed hoc ẽt est impoẽ, quia putredo intra venas est procedens i toto. ergo est impossibile duas continuas febꝛes de eadẽ materia componi. ¶ Considerãdum ꝙ hoc motiuũ nõ potest adaptari ad duas febꝛes interpollatas de eadẽ materia. vbi grã cholera. loca eniꝫ extra venas recipientia mãs nõ sunt continua sic. ⁊ ideo mãe non sunt in eis continue adinuicem: sed possunt esse discontinue, ⁊ facere duas interpollatas aut plures.

¶ Et hec sententia nõ est de illis, que necessaria

sunt proculdubio apud me: qm̄ putredo incipit proculdubio ex loco: deinde spargitur: deinde currūt inditia vehemētie: ⁊ interpollationis ſm gradationē putredinis prime: ⁊ ſm eā sunt ei motus. Nō ergo elōgatur quin accidat putredo, cui sit dn̄ium aliqđ incipiens in parte materierū: cui non sit dn̄iuꝫ sequēdi aliud: imo aggregat̄ in ea vt icipiat: ⁊ vt sequatur simul: quare erit ei gradatio tēporis qua experitur.

¶ Hic remouet illorū opinionē: ⁊ silr̄ illorū motiuum: ⁊ primo ponit vnum fundamētū: qđ est vna propō. scđo arguit ibi 2ª. (Non ergo.) Propositio quā premittit est hec: putredo incipit de vno loco determinato, deinde spargit̄. ¶ Cōsiderandū ꝙ propō quantū ad primā partē remouet motiuum opinionis p̄dicte: q2 est ꝯ̄ria illi: ⁊ cā huius propōnis est: q2 mā, que putrefit est aliqua pars humoris alicuius. s. illa mā, que incipit putrefieri: sed ps aliq̄ māe est in aliquo vno loco vene: ⁊ nō est in tota vena. ergo seqtur p̄ma pars propōnis: putredo incipit in vno determinato loco. ¶ Deinde spargitur exponit̄ dupl'r. p̄ per successionē putredinis ad partē post partē: ⁊ ſm ꝙ putredo p̄me partis successiue intēditur vel extēditur in partibus ꝯtiguis: ⁊ ſm hoc currunt iudicia vehemētie. i. fortitudinis vel fortificationis febrium, que iudicia sunt vehemētia caloris ⁊ accn̄tiū sequētium additionē putredinis intēsiuā ⁊ extensiuā: ⁊ ſm ꝙ putredo p̄cessit illas materias incinerando: quas in certa mēsura tp̄is occupauit in certo loco ſm hoc currūt iudicia interpollationis. i. remissionis febris ⁊ quietis: ⁊ hoc est qđ dicit ſm gradationē putredinis prime. s. que p̄mo incepit in loco determinato: que gradatio est gradata successio additionis putredinis. vn̄ sunt iudicia vehemētie: ⁊ gradata remissio. vn̄ sunt iudicia interpollationis: ⁊ ſm eā. s. primam putredinē. sunt. n. motus. s. p̄dicti vehemētie interpollationis, vel motus. s. tertiani, vel quartani, vel quotidiani ſm ꝙ mā p̄ma, que putrefit est cholerica, vel phlegmatica, vel melācholica. ¶ Scđo mō pōt exponi spargit̄. s. p sparsionem fumi putridi ad cor: ⁊ ſm gradatū p̄uentū fumi illius a p̄ma putredine currūt iudicia vehemētie ⁊c̄. ⁊ pꝫ. ¶ Hic esset locus speculationis: vtruꝫ p̄ma pars sit in actu, siue sit prima pars intēsiua, siue extēsiua: hec tn̄ questio est de cōsideratione philosophorū. ¶ Tota ergo propositione collecta, que est fundamentuꝫ rōnis fiende dicamus: si putredo incipit ex vna parte materie: ⁊ per ꝯsequēs in vno loco ab illa parte māe ⁊ loco spargitur: ⁊ ſm gradationē huius putredinis in sua sparsione ⁊ remissione currūt iudicia fortificationis ⁊ debilitationis ⁊ motus. Hac p̄pōne habita arguitur sic. Si pn̄t esse due putredines intra venas duarum materierū in duobus locis distinctis: ⁊ vna putredo nō sequitur ad aliā: sed vtraqꝫ putredo est per se in sua materia: ⁊ vtraqꝫ hꝫ in se duo. Primū qđ incipit in parte sua sue materiei, ſm ꝙ finiet illam: ⁊ secūda putredo non incipit in illa materia: sed alia putredo facit hoc: si ergo ita est due febres ꝯtinue possunt componi: sed ita est, ꝙ due putredines pn̄t esse ⁊c̄. ergo due febres cōtinue. Maior p̄pō apparet: q2 ꝯ̄ria motiuo opinionis istorꝫ: febres enim de vna materia numerabūtur numeratiōe putredinis in diuersis locis. Minor ponit̄ in l̄ra ab Aui. quantū ad vnam partem que insuit aliā. ¶ Ad cuius intellectū pone tale exēplū Martinus habet quādā quantitatē cholere superflue in concauo vene descēdentis sub emulgēte versus totū crus sinistrum: ⁊ est determinate grossitiei ⁊ caliditatis: in qua cholera hodie in aurora incepit putrefactio in vna parte eius, siue in toto nō curo de hoc: ⁊ effumat ad cor ⁊ facit ꝯtinuā febreꝫ: q2 antequā resoluatur hec pars alia mouet̄ ad putredinē: ⁊ de tertio in tertiū magis fortificatur: ⁊ experimur p gradatum teporem: ⁊ gradatum ascensum ſm ordinem ad putredinem: que hodie in aurora incepit: ita ꝙ in secunda hora iste satis quiescit. in tertia autem hora fortificatur ⁊ ascēdit. Iste idem Martinus habet quādam aliam quātitateꝫ cholere circa cōcauum vene ascendentis versus venas brachij dextri: que ex sua quātitate ⁊ modo substātie ⁊ qualitatis incipit putrefieri cras circa horam none: ⁊ facit continuam quam cōtinuam in postremum experiemur gradati teporis ⁊ fortificationis ſm primā putredineꝫ, que incipit cras, que est tertia dies a die crastina: ⁊ que est quarta a prima: in cuius aurora incipit alia febris refortificabit̄ circa horam none. Procedēte ergo Martino ad dies cognoscimus manifeste eū habere duas febres continuas: quarum vnaqueqꝫ hꝫ suam putredinem incipientem in determinato loco. que putredo incipit in parte sue materiei: ⁊ finit illam sicut putredo circa venā descendētē ad crus incipit in cholera, que est ibi ⁊ finit illam: ⁊ nō incipit a cholera que est in ꝯcauo vene ascendētis brachij: nec hꝫ dominiū sequēdi illam in putrefactione ⁊ resolutione. erunt ergo due febres cōtinue. quarū vnaqueqꝫ est per se febris habēs suas gradationes teporis ⁊ exacerbationis. ¶ His habitis apparet expositio textus difficilis cū dicit. Non ergo elongatur: id est nō est longinquū vel impossibile: quin accidat putredo: cui putredini sit dominiū aliquod incipiens in parte materierū: scilicet intra venas: ⁊ per consequens in loco determinato: ⁊ q2 ista putredo habet aliquod dominium scꝫ in materia, que est in hoc loco: seqtur ꝙ ei non est dominium cōsequendi aliud: idest aliam materiā, que est in quodam alio loco sequendi scilicet per successionem putredinis ⁊ resolutionem: imo aggregatur in ea vt incipiat ⁊ sequatur: id est prosequatur ⁊ etiam finiat simul: id est in determinata mensura temporis, que mensura tēporis est alia ab illa, que incepit: ⁊ seqtur in alia mensura alterius partis corporis: q2 alia mensura temporis est ab aurora hodierne diei ad auroram secunde vel tertie diei a mēsura, que est ab hora none crastine diei ad horā none diei sequentis crastinum vel post crastinum: ⁊ hoc modo intelligitur simul. Aliter tamen potest exponi si consideras, ꝙ nullam est dare partem putredinis fientis, vbi non sit pars facte putredinis. sed nō curamus de hac subtilitate pro nunc. ¶ Quare erit scilicet putredini vel febri gradatio teporis, sicut gradatim tepescit supple, ⁊ gradatio acuitionis. ¶ Qua experitur: id est qua scitur, ⁊ cognoscit̄, ꝙ hec putredo, vel hec febris habeat materiam, ⁊ non illaꝫ. ¶ Si ergo subtiliter consideras mentem Auicē. ipse vult, ꝙ determinata putredo potest fieri in determinata parte vene: cui sit dominium incipiendi ⁊ finiendi materiam circa partes illas cōcauas illius vene: ⁊ non sit ibi dominium circa quandam aliā materiam alterius speciei in alia concauitate venarum circa alias partes. ergo sequitur ex hoc ꝙ illa materia: sup quaꝫ hec putredo non dominatur possit etiam putrefieri a quadam alia causa ⁊ quodam alio tempore: ⁊ habet suaꝫ gradationem teporis ⁊ exacerbationis. Alia littera habet tēporis: id est gradatum processum in tempore: quo experitur, sicut diximus: ⁊ hec expositio tendit in ideꝫ. ¶ Ex his ergo Aui. vult negari antecedens rat̄ualis illorum, cuꝫ dicitur ꝙ in materia, que putrefit intra venas, non potest diuersificari locus putredinis. ¶ Dicendum ꝙ falsum est saltem in alijs humoribus a sanguine. ¶ Et cuꝫ dicitur ꝙ vene sunt transmeabiles, ergo spargetur putredo in toto corpore. ¶ Dicēduꝫ ꝙ fumus putridus ex hoc spargi poterit per omnia cōcaua venarum: nō tamē seqtur: ergo tota cholera vbiqꝫ putrefit. ¶ Et cum dicitur ꝙ tota cholera iacet cōtinua in venis. ¶ Dicēdū ꝙ hoc ꝯcesso vna pars huius continui potest habere propriā dispositionem aliaꝫ a dispositione partis alterius: sicut apparet in virgula accensa in

duabus

duabus extremitatibus: quarum vna est viridis: et alia sicca. Aliam enim processum et modū motus habebit ignis in vna extremitate quam in alia: et erit in hoc tpis gradatio: qua verum ignem experimur. ¶ Uel dōm quod cholera nō iacet cōtinua in venis: sed solus sanguis in eis actu cōtinu⁹ est: et quia hoc facit ire ad alias difficultates omittamus. Q6. ij.

Dubitatur quia ex hac rōne Auic. probari potest: quod possunt componi due cōtinue de sanguine dicte sinoche: quia per propositionem fundamentalē putredo incipit: id est incipere potest ab vno loco determinato: vt in sanguine venarum ab inguine et infra: et tunc arguatur. Preter istam putredinē potest incipere alia et in alia die in sanguine venarum a titillicis supra. ergo erunt due cōtinue de sanguine. ¶ Istam dubitationem dimitto alijs pertractandam: quia nimis prolongarem: tamē veritas eius potest educi ex nostris questionibus gñalibus super libro de differentijs febrium: que sunt de febre sanguinea. Hic tamē dicatur: quod si argumentū cōcedat nullū tamen habet impossibile: sed possibile rarum. Scdō quod febris de sanguine non vo: sed malignato in substantia et qualitate participatione alterius humoris ab eo potest componi cum aliqua febre de sanguine maligno: et possunt reperiri due continue tales. imo plures: si cōsideras: sed due vere sinoche non repiunt. vera enim sinocha sine putredine est ex sanguine per se peccāte in q̃titatē: vñ accidit sibi inflammari: et vera sinocha putredinalis est cū ex hoc accidit putrefieri. sanguinis. n. laudabilis multa multitudo est. Una in corde et epate et venis et arterijs magnis: et sic est vna cōis toti corpori: et cōtinua cōtinuatiōe cōcauitatis venarum: in qb⁹ iacet cōtinuus sanguis. Scias B. ¶ Ultimo viteri⁹ est h aduertēdum: quod Auic. imaginat febrē cōtinuā de chola esse vnā ex duob⁹. Primo ex vna mā primo mota in vno determinato loco. Scdō ex mā scdō mota in scda exacerbatiōe in ordine ad pri^m. et sic de alijs. Cū ergo sunt due māe cholice in distinctis locis primo mote: et vtraque suo motu mouet nō depēdente a motu alterius: et sunt due alie māe mote in duab⁹ exacerbatiōibus vna in ordine ad aliam. Ex hoc inferas. quod si imaginatio tua pōt cape: quod aliqua chola faciat paroxismum omni die et motu chole in prima die: quod illa dicet vna febris cholica sicut dī vna vera tertiana. Sed si prima die fit motus cholere: cuius virtute fiat quarta die paroxismus: ista est duplex tertiana. ¶ Considera ista quia sunt vie ad multa subtilia.

¶ Et spēs quidē cōpositionis febrium sunt tres intrans: et coalternata: et cōicans. Et intrans est: vt ingrediatur vna earum super alteram. Et coalternata: vt ingrediatur post erradicationē eius. Et cōmunicans est: vt incipiat cum ea.

¶ Hec est diuersitas cōpositionis febriū ex parte modi compositionis illarum: et sunt spēs iste in modo narrationis note. ¶ Excitabo intellectus solertes. Et primo si possit dari due febres. vbi grā tertiane pure interpollate simul incipientes: que dicunt cōicantes: et in quo differūt iste due ab vnaqua⁄que: in mā esset tāta: q̃ta est mā illarum duarum et an possint esse ille due ex diuersitate illorum locorum. Et iam ex dictis appent multa: qbus soluit hoc quesitū. ¶ Scdō dubitat: in quo differt paroxismus vnius flatice febris: in quo postq̃ incipit calor post frigus: et iterum incipit frigus: et iterum calor: innuit supra cap. de flatica a paroxismis duobus flatice febris: q̃ fit composita ex duabus interpollatis flegmaticis: composita dico secundum semitam introitus.

¶ Et cum videris febrem conclusam: et est in ea rigor: et non sudor et fortasse accidit in rigoribus pluribus sudor vnus: tunc testifica compositionem in ea.

¶ Hic ponit duos casū. Ex qb⁹ intelligit signa cōpositarū febrium. Primus est cū videris febrē cōclusam. i. cōtinuam de sanguine: vel cholera putrida: vel ex alias: et est rigor in ea testifica compositionē: quia cōtinue nō habēt rigore: ergo rigor significat mām extra venas: et sic est febris composita ex cōtinua et interpollata. Dixit et nō sudor: quia rigor iste pōt esse creticus: et significaret crisim. vnde affor. 5°. A causone habito rigor etc. et fortasse accidit in rigoribus plurib⁹ sudor vnus: quia ex hoc possunt significari diuerse materie: quarum aliqua est sudatiua: et aliqua non.

¶ Et similiter cum videris in cōclusa superfluitatem in frigore extremitatum et rigore: sed paruum de ambobus: tunc fortasse est inconclusa.

¶ Secūdus casū. et similiter testifica cōpositionē cū videris etc. quia ista significāt mām extra venas: et iste casū reperit primum in hoc: quod dixit et rigore: sed parum. i. non fit in ea rigor etc. quia proprium ē sinocharum. i. cōtinuarum non horrere: vt Gal. 2°. de differentijs febriū. Aliter pōt intelligi: quod rigor et frigus extremitatum est indicās cōpositionē: quā est magnum frigus: et magnus rigor: et ideo dixit. Cū videris superfluitatē. parum. n. quid rigoris et parum quid frigoris possunt cōiungi. cōclusē. i. cōtinue. ¶ Ex hoc ḡ accipit quod in febre cholerica cōtinua pura pōt esse parum qd frigoris: et hoc. vel quia vene hūt obtusum sensum in eorum cōcauitate vel quia aliqs vapor cholericus actu⁹ in pri⁹ exacerbationis potest aliquē rigorem facere. Quale autē sit frigus lactice diximus in cap. suo proprio.

¶ De emitriteo. Cap. xvij.

Emitrite⁹ est febris cōposita ex duabus febribus: quarum vna est tertiana: et altera est flatica. et fit in die vno paroxism⁹ tertiane et quotidiane simul. Aut secundum semitam cōmunitatis: et inuentionis. Aut secundum semitam coalternatiōis: et vicinitatis. Aut secundum semitam introitus.

¶ Quāuis sint multe compositiones febrium tamen sequitur in speciali de febre composita ex febre flegmatica: et febre cholerica: quia multum accidit et dicitur emitritea. i. media tertiana alterā autē partem nois dereliquit: sicut dixit hemitheos. i. semideus: et semihomo lege hoc a Gal. secundo de differētijs febrium. Et primo ponit notificationē emitritee febris. Scdō ponit diuersitates eius. ibi 2ª. (Aut secundum semitam eius.) Diuersitates autem quas ponit sunt quinque et vltimo dat sententiam de prolongatione et malitia eius. Prima diuersitas est: quod emitritea: vel est composita secundum semitā cōitatis et inuentionis: quia cōmuniter simul inueniuntur earum paroxismi: vel exacerbationes. aut secundum semitam coalternationis et vicinitatis: quia sunt vicine exacerbationes: vel paroxismi: et non miscentur: sed coalternatim veniūt: vt post decessum vnius alter venit. Aut etc. patet.

¶ Et de diuisionibus difficilior ad cognoscendum est prima: deinde secunda.

¶ Comparat has diuersas cōpositiōes in notitiā: et dicit de diuisionib⁹. i. mēbris diuisiōis difficilior ad cognoscēdū ē s. prima emitritea cōposita secundum semitā cōitatis: quā simul inuadunt paroxismi. ¶ Deinde 2ª. ¶ Cōsiderādum diligenter quia scda hic non accipit: vt distinguit cōtra tertiam etc. enim secundum hoc falsum: et nam intelligeret ex hoc quod emitritea composita secundum semitā coalternationis et vicinitatis esset difficilior ad cognoscendum q̃ emitritea composita secundum semitā introitus. sed hoc est falsum. quia quāto paroxismi magis distincti inuadunt: tanto est minor cōfusio et maior certitudo. sed distinctius inuadunt: quādo compositio est secundum semitam coalternationis.

nis. ergo emitritea talis compositionis est facilioris cognitionis. Illa autem que est secundum semitã cõitatis est difficilioris cognitionis. Illa aũt que est secundum semitã introitus medio mõ se hz. accipitur ergo hic scda pro scda & 3ª: & est sermo Gal. 3º de diffe. feb. vbi cum premittit q duplex est diũs emitritee febris cõplicationũ: qñq; qdẽ eadẽ hora inuadẽtibus paroxismis simul: & qñq; secundum diuersa tpa: subdit q he emitritee. q secundum diuersa tpa inuadũt, sunt facilis cognitionis. s. re° eius emitritee: cuius paroxismi eadẽ hora inuadũt: hoc dicit Gal. Cũ q̃ subdit. Deide scdã intelligit tã emitritea cuius paroxismi introeunt: q̃ illa cuius paroxismi coalternãt, vt notum est.

¶ Et quandoq; sunt febres due continue, quando due putredines sunt intrinsece: et quando due sunt periodice erradicantur, & quãdo due putredines sunt extrinsece: & quandoq; est cõtinua cholerica: q2 eius putredo est intrinseca: & phlegmatica est econtrario: & quandoq; est econtrario.

¶ Hec est secunda diuersitas: & est diuisio quadrimẽbris famosa quã Gal. ponit 2º de diffe febrium, & est nota.

¶ Et quidam ponunt emitriteum purum febrem compositã, que fit ex tertiana extrinseca: & phlegmatica intrinseca: & illam que est preter eã nominant non purã. Et non est illud de illis: in quibus superflua occupatio sit habenda.

¶ Hec est tertia diuersitas, siue diuisio, que dicit q emitritea vel est pura. i. vera, vel non pura. i. nõ sic vera: & posuit hoc Gal. 2º de diffe. feb. fundans se super sententiam quam posuit Halyab. 8. theorice: & Serap. 6. practice. Et nõ est illud de illis in quibus superflua occupatio sit habenda, scz non multum curandum de huiusmodi nominibus puro, vel impuro, sz de re. ¶ Et tu scias q2 difficile est Gal. saluare ibidem, cum profunde cõsideratur. Voluit enim verã & purã emitriteam esse cõtinuam & horridã: & hanc esse solũ qñ cõponitur cholerica interpollata, & flatica cõtinua: i quantas aũt habeat difficultates hoc ibi discussimus. ¶ Cõsiderandum q anteq̃ libri Gal. & Aui. venirent ad nos in scientia emitritee multa fiebat difficultas: diuiserũt ergo Salernitani emitriteã in maiorẽ & minorẽ & mediã: & in hoc discordati sunt Platearius a Passionario. Posuit enim Passionarius q maior emitriteus est cõflictus q̃rtane, minor quotidiane, medius tertiane. Salernitani vo posuerũt, q maior emitriteus est qñ cholera putrefit intus & melã extra, minor qñ cholera putrefit intus & flã extra: media qñ flã putrefit intus & cholera extra: & ois hec sunt dicta pauce vtilitatis. Qui vo vult se in his dictis ꝑlixare, q̃rat Gilbertum anglicum.

¶ Et fortasse antecedens ad putredinẽ est cholerica: & fortasse antecedens ad putredinem est phlegmatica: & fortasse veniunt simul.

¶ Hec est 4ª diuisio & est nota. ¶ Considerandum autem, q propter hanc diuersitatẽ accidit qñq; fortiorem motũ fieri in die pari q̃ in die impari, sicut cũ aliquẽ inuadit pª. die cõtinua flatica & 3ª. die inuadit simul cum flatica tertiana interpollata, vt dixit Gal. secundo de differentijs febrium.


¶ Et iterũ qñq; est materia faciẽs febrẽ phlegmaticam magis dominãs: & quãdoq; est materia faciens febrẽ cholericam magis dominãs: & quocũq; fit mã phlegmatice: ponit paroxismos cholerice lõgiores & tardioris crisis: & mã cholerice ponit paroxismos phlegmatice ecõuerso.

¶ Hec est quinta diuisio & patet. Cholera eni subtiliat phlegma: & phlegma ingrossat choleram.

¶ Et fortasse extenditur emitriteus longo tempore. s. vsq; ad. vij. menses & supra: & quandoq; fit ex emitriteo egritudo acuta: & quandoq; est emitriteus de febribus magis interficientibus: quoniam perducit ad ethicam et egritudines cronicas & difficiles.

¶ Quia in emitritea est mã multa & diuersa. ideo qñq; plus prolõgatur ex hoc q̃ si esset phlegmatica pura, vt declarauimus in qõne de prolongatione febris. & hoc est qd dicit. Extẽditur qñq; tpe lõgo: & q2 materie diuerse & multe moleste virtuti multũ sunt. ideo qñ opz eam cito terminari ad salutẽ, vel mortẽ: & hoc est quod dicit, qñq; fit ex emitriteo egritudo acuta. i. qñq; est acuta, vel qñq; fit, q2 trãsit i acutam, vt in apostema cerebri. Qñq; ducit in ethicam ledendo nutritiuã, & in egritudines erroneas, vt in hydropisim: in qua erratur: quia de causa calida, vel cronicas & difficiles patet. bene ergo dixit Gal. in lib. de typo. est enim periculorum portator emitriteus.

¶ De signis emitritei. Cap. xviij.



Magis propriũ signorũ eius & primum eorum: licz necessaria sint cõparia: alia est: vt sit spacium huius febris in vno duorũ dierũ lõgius spatio tertiane & magis quieta: deinde fit in die alio leuioris paroxismi: & pauciorum accidentium.

¶ Primo ponit signa emitritee absolute. Scdo signa eius diuersificata secundum tẽpora. Tertio signa diuersificata, vel eius diuersitates secundum dies. Quarto ponit quedam signa diuersificata diuersitate signorũ. Quinto ponit signa emitritei diuersitate dominij humorum, vel qualitate ipsorum. Sexto ponit signa emitritei in modis compositionis ex parte componentium, ibi scda. (Et qñq; hũt.) ibi tertia. (Et in hac.) ibi quarta. (Et qñq; accidit.) ibi 5ª. (Et non expectatur.) ibi sexta. (Et quãdo compositio.) Prima in tres sicut tria signa ponit. ¶ Considerandum circa primum signum, q emitritea in die, in quo inuadit paroxismus tertiane & phlegmatice spacium huius febris est lõgius spacio tertiane pure, vt notũ est: & magis quieta. s. ab accñtibus cõibus de siti & inflãmatione & hmõ. sed in alia die. in q̃ inuadit sola flatica est leuioris paroxismi &c. q2 paroxismus pure flatice est leuior & paucior accñtiũ q̃ paroxismus flatice & cholerice: & apparet q hoc est magis propriũ signũ & primũ: q2 sumit ex nã materierũ. sed sunt necessaria alia comparia signa. i. signa cõparẽtia cũ hoc signo significãtia, que significent q hec diuersitas sit ex diuersitate mãe: nam aliquis põt habere duas tertianas: & vnã non veram: cuius paroxismus esset lõgior & grauior in acuitate q̃ paroxismus tertiane pure: & alteram tertianã de mã valde pauca & miti. & eẽt paroxismus iste leuior & paucorũ accidentium: & tamen ista nõ esset emitritea. opz ergo habere comparia signa, que dicentur.

¶ Et qñq; iteratur in ea horripilatio secundum plurimum aliquotiens ꝓpter illud: qd accidit de pugna duarũ materierũ: aut introitu vnius earũ super alterã. Et fortasse accidit hec iteratio tribus vicibus, aut quatuor: & iam calefiũt membra aliqua horripilatione fixa adhuc.

¶ Hoc est 2m signũ, q2 in emitritea fit horripilatio. q̃ vocat a Gal. horror que est mediũ rigoris & circũinfrigidationis: & ista infrigidatio iterat multis vicibus, hoc est qd dicit: qñq; iterat: &c. Dixit qñq; ꝓpie fit hoc qñ paroxismi simul inua/

